















Marsilii ficini floren-
tini doctoris in omni disciplinarũ genere profundissi
mi de triplici uita aurea uolumina tria. videlicet.

Primus de uita sana: seu de cura ualitudinis eorum:
qui litterarum studio incumbunt.

Secundus de uita longa.

Tertius de uita celitus comparanda.

Item apologia quedam: in qua de medicina: astrolo-
gia: uita mundi: subtiliter tractatur.

Item de magis: qui christum statĩ natũ adorauerũt.

Item ꝙ ad uitã securitas & aĩ trãqͥlitas necessaria sit.

Item ꝑclarissimaꝝ ſniaꝝ totiꝰ opis breuis ãnotatio.

Nouissime post omnes impressiões ubiqꝫ terrarũ ex
cussas a uiro bene docto affatim recognita: cũctis
qꝫ mendis & erroribus q̃ diligẽtissime expurgata.

M. Franc. de Martini

1371.

Antonio contareo Venetiarum patri arche Lucas olchinensis felicitatem.



I labor quispiam cuiq̄ gratus uideri potest reuerendissime domine: is mihi ꝑfecto gratissimus extitit: quem in castigandis Marsilii ficini: uiri in omnidisciplinarum genere eminentissimi: operibus: hisce diebus enixissime impendi. Presertim illud de christiana religione diuinū opusculum: quod librariorum uenetorum tenacitate in multis deprauatum: dono tibi castigatum misim⁹ Necnon de triplici uita uolumina tria: ac alia pleraq̄ eruditione plena: que tibi pollicitus fueram: e quorū medio q̄plures errores tollere conatus sum: quos non minor impressorum bononiensium icuria admiserat Percurres igitur pontifex obseruantissime: religionis nostre decus eximium: cum tibi e seuerioribus studiis egredi licuerit: & hec optimi Marsilii de triplici uita uolumina tria: a me summa diligentia recognita: distincta: & emendata. Ea siquidem eiusmodi generis sunt: ut non minimum presidium animi corporisq̄ ualitudini sint allatura: q̄bus sublatis diuaꝝ musarum fores: uel minime tangūtur: uel non sine magna difficultate pulsantur. Vale uenetorum splendor.

¶ Proemium: in quo etiam agitur sanitatem mentis sanitati corporis anteponendam.
Capita primi libri: qui tractat de uita sana.
Nouem studiosorum duces. cap. i.
Quam diligens habenda cura sit cerebri: cordis: stomachi: spiritus. cap. 2.
Litterati pituite: & atre bili obnoxii sunt. cap. 3.
Quot sint cause: quibus litterati melācholici sint: uel fiant. cap. 4.
Cur melācholici ingeniosi sint: & quales melācholici sint eiusmodi: quales contra. cap. 5.
Quo pacto atra bilis conducat ingenio. 6.
Quinq; sunt p̄cipui studiosorum hostes: pituita: atra bilis: coitus satietas: matutinus somnus. cap. 7.
Que sit hora inchoandis studiis oportunior: quisue continendi modus. cap. 8.
Quomodo sit uitanda pituita. i. flegma. cap. 9.
Qua ratione euitanda sit atra bilis. i. melan-colia cap. 10.
Cura stomachi. cap. 11.
De his: q̄ fouent membra precipue uires sp̄us. cap. 12.
Medicine contra pituitam. i. flegmam cap. 13.
Distillatio: atq; eius cura. cap. 14.
Dolor capitis: & cura eius. cap. 15.
De cura uisus. cap. 16.
De gustu instaurando. cap. 17.
De exacta atre bilis cura. cap. 18.
De sirupis. cap. 19.
De pilulis. cap. 20.
De medicina liquida. cap. 21.
De sanguinis missione. cap. 22.
De electuariis. cap. 23.
De nimia uigilia. cap. 24.

De hebetudine: atqꝫ obliuione. cap. 25.
Corporeum quidem spiritum cura: incorporeum uero cole: ueritatem denique uenerare: primum medicina prestat: secundum religio: tertium uero disciplina moralis. cap. 26.

¶ Proemium in librum. ii. de uita longa

Capita secundi libri.

Ad perfectionē scientie necessaria est uita longa: quā etiam diligentia prestat. cap. i.
Vitalis calor nutritur humore: quo deficiente fit resolutio: quo excedente fit suffocatio. capi. 2.
Quomodo temperandus calor ad humorem: atqꝫ uicissim: quodam minerue consilio. cap. 3.
Quibus de causis arescit humor naturalis: uel pegrinus exundat: & quā necessaria sit ad uitam perfecta digestio. cap. 4.
Sanguis & humor accōmodatus uite aerius esse debet: qualitate temperatus: substantia medius: atqꝫ tenax. cap. 5.
Communis comedendi: bibendique regula: & qualitas epularum. cap. 6.
Ne utaris alimentis: que cito putrescūt: nec in eiusmodi regionibus habites: uinum & triticum pre ceteris elige: putrefactionem & resolutionem fuge. cap. 7.
Dieta uictus medicina senum. cap. 8.
Nature aromatum: & cordialium necessarie: & rursū qualis senum uictus. cap. 9.
De auro & aureis alimētis: & recreatiōe senū. ca. io.
De usu lactis: sanguinisqꝫ hūani ꝓ uita senū. cap. ii.
Dieta: habitatio: consuetudo senum. cap. i2.

Que

Que adminicula senes a planetis accipiant ad omnia membra fouenda : ubi memento passulas uuas pingue facere iecur: atq; corroborare: quod maximũ est uite subsidium. cap.13.
Confabulatio senũ sub uenere p uirẽtia prata. ca.14.
Mercurius alloquitur senes: & consulit eis circa uoluptatem: odores: cantus: medicinas. cap.15.
Confirmatio superiorum: & q deuitare debemus assiduam cogitationem: & coitum. cap.16.
De medicinis senum: & de habitatione eorum : atq; dieta. cap.17.
De nutrimento spiritus: & conseruatione uite p odores: ubi in hoc capitulo de usu mellis dicitur: memento rosaceum mel solidum: & liquidum senibus cõseruandis accommodatissimum. cap.18.
Magorum medicina pro senibus. cap.19.
De periculis euitandis ex quolibet uite septennario imminentibus. cap.20.
¶ Proemiũ in librum.3. de uita celitus comparãda.
Capita tertii libri.
In quo consistat secundum plotinum uirtus fauorem celitus attrahẽs: scilicet in eo: q anima mundi: & stellarum: demonumq; anime facile alliciuntur corporꝫ formis accommodatis. cap.1.
De concordia mundi: de natura hominis: secundum stellas: quomõ fiat attractus ab unaq̃q; stella. ca.2.
Inter animam mundi : & corpus eius manifestum est spiritus eius: in cuius uirtute sunt quattuor elemẽta: nos uero p spũm nr̃um hũc possumus haurire. ca.3.
Spiritus noster haurit mũdi spũm per radios solis: & iouis: quatenus ipse fit solaris: & iouialis. cap.4.
Tres gratie sũt iuppiter: & sol: et uen⁹: iuppiter ẽ gra

tia gemiaq; media: et maxie nobis accõmodata. c. 5.
De uirtute in nobis naturali: uitali: aiali: & per quos planetas adiuuẽtur: & quomodo per aspectum lune ad solem: & uenerem: maxime uero ad iouem. cap. 6.
Quomodo membra foueantur in nobis per comparationem lune ad signa: & ad stellas fixas. Cap. 7.
De uirtutibus: & utu stellarum fixarum. cap. 8.
Dignitates planetarum insignis ad usum medicinarum obseruande. cap. 9.
Quomodo planetis uti debeam⁹ in medicinis. ca. 10.
Quibus modis spiritus noster haurire plurimum potest de spiritu: uitaq; mundi: & qui planete spiritum procreant: atq; recreant: & qualia ad unumquemq; planetam pertinent. cap. 11.
Res naturales atq; etiam artificiose habent uirtutes a stellis occultas: per quas spiritum nostrum stellis eisdem exponunt. cap. 12.
De uirtute imaginum secundum antiquos: atq; medicinarum celitus acquisita. cap. 13.
Ordines rerum a stellis pendentium: ut solarium: atq; similium: & quomodo spiritus fiat solaris. ca. 14.
De uirtute imaginum secundum antiquos: atq; medicinarum: & quomodo medicine sint longe ualidiores q̃ imagines. cap. 15.
De potestate celi: de uiribus rerum: unde uim sortiri putentur imagines. cap. 16.
Quam uim habent figure in celo: atq; sub celo. c. 17.
Quales celestium figuras antiqui imaginibus imprimebant: ac de usu imaginum. cap. 18.
De fabricanda uniuersi figura. cap. 19.
Quantã imagines uim habere putent̃ in spũm: & spiritus in eas: & de affectu utentis: & opantis. cap. 20.
De uirtute

De uirtute uerborum: atque cantus ad beneficium celeste captandum: ac de septem gradibus perducentibus ad celestia. cap. 21.
Quomodo septem modis nos celestibus accommodare possumus: & quibus saturnus sit maleficus: quibus ꝓpitius: quos iuppiter a saturno defendat: quomodo celum agat in ipsũm: & corpus: et aiaꝫ. cap. 22.
Vt prospere uiuas: agasq; : in primis cognosce ingenium: sidus: genium tuũ: & locũ eiusdẽ couenientẽ: hic habita: professionem sequere naturalẽ. cap. 23.
Qua ratione litterati cognoscant ingenium suum: sequanturqꝫ uictũ spiritui consentaneũ capitu. 24.
Astronomica diligentia in liberis procreandis: in preparandis epulis: in edificiis: & habitatione: atq; uestibus: & quantum curare talia liceat. cap. 25.
Quomodo per inferiora superioribus exposita deducantur superiora: & per mũdanas materias mũdana potissimum dona. cap. 26.

FINIS TABVLE

Arsilius ficinus florētinus georgio antonio uespuccio: & ioāni baptiste boninsegnio uiris probitate: doctrinaqꝫ insignibus. S. D. Multa uobiscum his temporibus peripatheticorum more deambulando confabulati sumus de curanda eorum ualitudine: qui assidue incumbūt studio litterarum: que quidem breui perstricta compendio uobis potissimum cōmendare decreui. Neqꝫ prius id opusculum uel ipse probabo: q̄ a uobis precipue uiris: amicisqꝫ probatissimis probatum esse resciuero uel elegantissimum laurentii medicis nostri iudicium subire permittam: cuius quidem prospere ualitudini est in primis: si opus fuerit: consulturum. Vix enī presentibus litteratis: presertim nostris prospiciet unq̄: nisi prius eorum patrono mecenati prospexerit. Legite igitur diligenter: atqꝫ curate ualitudinem diligentissime: sublata enim sanitate: sublimes musarum fores nisi deus omnipotens mira quadam uirtute & ducat & patefaciat: aut non tanguntur a nobis unq̄: aut certe frustra pulsantur. Physicam uero hanc disputationem nostram eo potissimum tāq̄ argumentum quoddam spectare uolumus: uidelicet: si consequende sapientie gratia corporis sanitas tantopere querenda est: multo magis sanitatem mentis: que sola potest sapientia comprehendi: esse querendam: alioquin inscite omnino scientiam querunt: quicunqꝫ insana mente sapientiam capere moliuntur. Sanitatem quidem corporis hippocrates; animi uero socrates pollicetur: sed ueram utriusqꝫ sanitatem solus ille prestat: qui sic exclamat. Vēite ad me omnes: qui laboratis: & onerati estis: atqꝫ ego uos reficiā: ego sū uia: ūitasqꝫ: & uita.

Proemium

¶ Proemiū marsilii ficini florentini in librū de triplici uita ad magnanimū laurētiū medicē patrie seruatorē.



Acchū poete sūmum antistitē sacerdotū bis natū canūt: forte significātes: uel futurū sacerdotē statim initiatū oportere renasci; uel pfecti tandē sacerdotis mentē deo penitus ebriā: iam uideri renatā. Aut forsā hūilior sensu uinū bacchi germē generari semel i uite q̄si semele: maturis sub phebo racemis: regenerari rursū post ipsū uidemie fulmē i suo uase uinū uelut i iouis fēore merū: sed d̄ sacris in psentia mysteriis non est loquēdū: ubi mox physica potius ope lāguētibus opitulaturi sum⁹. Nec agēdū stilo grauitatis puo: sed libero potius & iocoso: postq̄ a libero p̄re: nescio qūo stati exorsi sumus. Et recte inq̄: nescio qūo: nā forte prudentior aliqs a phebo medicoꝝ prio potius q̄ a baccho medicinā auspicatus esset. Quid uero: si qd̄ non uanū omen sit in ore: nūc forte quadā pferēte bacchū hic. n. almo quōdā uio: securitateq3 letissima salubri⁹ forte medet̄: q̄ herbis ille suis: carmībusq3 pheb⁹. Quocūq3 uero sensu uel illa: ul̄ hec acceperis dux ille sacerdotū bacchus gemias q̄si mr̄es habuisse fert̄: melchisedech aūt sūmus ille sacerdos unam uix matrē unū uix patrē habuit. Ego sacerdos minim⁹ patres habui duos: ficinū medicū: cosmū medicē: ex illo natus sū: ex isto renat⁹. Ille qdē me galeno tū medico tū platōico cōmendauit: hic aūt diuino cōsecrauit me platōi. Et hic sil̄r atq3 ille marsiliū medico destinauit: galenus qdē corpoꝝ: plato uero medicus animoꝝ. Iā diu igit̄ sub platōe salutarē aniorū exercui medicinā. qn̄ post librorū omniū eius interpretationē: mox decē atq3 octo de aniorū īmortalitate libros: et eterna felicitate cōposui: ita p uiribus p̄ri meo medici satisfaciēs

medico uero pr̄i satis deinceps faciendū putans: librū de litteratorꝝ ualitudīe curāda cōposui. Desiderabāt preterea post hec hoīes litterati: nō tantū bn̄ qn̄qꝫ ualere: sed ēt bn̄ ualentes diu uiuere: his ergo deīde librū de uita lōga dedi. Diffidebāt aūt medicinis: atqꝫ remediis in re tāta terrenis: adiūxi librū de uita tū ualida: tum longa celitus comparāda: ut ex ipso mūdi corpe uiuo uita quedā uegetior in corpꝰ nostrū q̄si quoddā mūdi mēbrū uelut ex uite ꝓpagaret. His uero tu medicie libris ignosce precor idulgētissime laurēti: si dū medicus esse uolo: nescio qūo ēt uolēs sū: et si nō bonꝰ sepe poeta. Nā & phebus idē est medicie repertor: poesisqꝫ magister: uitāqꝫ ille suā nobis: nō tā p herbas q̄ p cytharā: cantumqꝫ largit̄: ipsa qnetiā uenus apd̄ astrologos musicū eque parit: & medicū. Sed hactēus dū litteratorꝝ: ciuiūqꝫ similiū uite curiosius ꝯsulo: librorꝝ meorꝝ salutē negligo: q̄diu iter se partior esse seiūctos. Quāobrē i eos nūc primū prius in corpus unū copulo cuius artubus in unā formā iā cōpactis uita ꝓtius adsit. Nō pōt aūt hoc opus physicū: id q̄si corpus meū uitā accipere nisi meā: eiusmodi uero uita ex mea duntaxat pēdet aīa. Hec aūt iā diu penes te magnanīe laurenti mi patrōe uiuit: in ea presertī amplissimarꝫ ediū tuarꝫ parte: ubi una cū platōe nostrū illud d̄ animorꝫ imortalitate seruat̄ opus: tuo iāpridē nomini dedicatū. At animꝰ iste meus et si ī beata quadā q̄si patria penes te uitā agit: uerūtamē: qd̄ & theologi uolūt: ingetus est interea: donec opus id physicū tanq̄ suū corpus accipiat. Accipe igit̄ optime laurenti: post illos de aīa hos ēt de corpore libros: eodēqꝫ afflatu: quo et illis dudū: feliciter his aspira. Ita eni et corpꝰ hoc sub tuo spiritu p suā uiuet aīam: & aīa uicissim nr̄a cū hoc iā suo corpore in tuis laribus cōquiescet.

¶ Marsilii

¶ Marsilii ficini florētini liber p̄mus de uita sana: siue de cura ualitudinis eorꝶ q̄ icumbūt studio litterarꝶ

¶ Nouem studiosorum duces. Capitulū.i.



Vicūq; iter illud asperū arduumq;: et lōgum ingrediūtur: quod quidem uix tādem ad excelsum nouem musarum tēplum assiduo labore p̄ducit: nouē omnino itineris huius ducibus idigere uidentur: quorū primi quidē tres in celo tres seq̄tes in animo. postremi tres in terra nos ducunt. Principio in celo mercurius: ut inuestigādo musarū iter aggrediamur: uel impellit: uel adhortatur: siquidē mercurio tributum est inuestigationis omīs officium. Deinde phebus ipse: & querētes anīos: & res quesitas splendore uberrimo sic illustrat: ut perspicue quod querebat: a nobis iueniatur. Accedit gratiosissima uenus gratiarū mater: aut almis omnino: letisq; radiis suis rem omnem adeo condit: & ornat: ut q̄cquid & instigante mercurio quesitū fuit: et mōstrante phebo iam erat iuentū: mirifica quadā: & salutari uenustate ueneris crcūfusum delectet semper: & prosit. Sequuntur tres itineris huius duces in animo: uidelicet uolūtas ardens: & stabilis: acumē ingenii: memoria tenax. Tres in terra postremi sunt: prudētissimus pater familias: p̄batissimus preceptor: medicus peritissimus. Absq; his nouem ducibus nemo ad ipsū nouem musarū templum p̄uenire uel potuit: uel poterit unq̄. Ceteros q̄dem duces ab initio nobis precipue deus omnipotens naturaq; tribuit: tres uero postremos nostra adhibet diligentia. Sed precepta officiaq;: que ad patremfamilias: & que ad preceptorem circa litterarū studia pertinent: antiqui plures: sapientesq; tra-

ctauerunt: precipue plato noster: & sepe alias: & in libris de rep. ac de legibus diligentissime. Deinde aristoteles in politicis: plutarchus quoque: & quitilianus egregie. Solus autem litterarum studiosis hactenus deest medicus aliquis: qui manum euntibus porrigat: salutaribusque cōsiliis: atque medicinis adiuuet eos: quos neque celum: neque animus: neque paterfamilias preceptor ue destituit. Ego igitur forte eorum laboriosissimā miseratus: q difficile minerue minuētis neruos iter agūt primus tanq̄ medicus debilibus: et ualitudinariis ad sum: sed utinā facultate tam integra: q̄ ꝓpitia uoluntate. Surgite iā adolescētes deo duce alacres: surgite iuuenes: atque uiri: quos ardētius minerue studiū nimis eneruat. Accedite libenter ad medicū: qui uobis ad institutī uestri perfectionē: monstrante deo: atque fauēte cōsilia: remediaque salutaria largietur.

¶ Quam diligens habenda cura sit cerebri: cordis: stomachi: spiritus. Capitulū. ii.



Rincipio quantā cursores crurium athlete brachiorum: musici uocis curā habere solent: tātam saltē litterarum studiosos cerebri: & cordis: iecorisque: & stomachi oportet habere. Immo uero tāto maiorem: quanto & membra hec prestantiora q̄ illa sūt: et ii frequentius: atque ad potiora his membris quam illi illis utuntur. Preterea solers quilibet artifex instrumenta sua diligentissime curat: penicillos pictor: maleos incudesque faber erarius: miles equos: & arma: uenator canes: & aues: citharā citharedus: et sua quisque similiter. Soli uero musarum sacerdotes: soli summi boni: ueritatisque uenatores tam negligentes: proh nephas: tamque infortunati sunt: ut instrumentū illud:

quo

quo mūdū uniuersum metiri quodāmodo: & capere possunt: negligere penitus uideant. Instrumentū eius modi spiritus ipse est: qui apud medicos uapor qdam sanguis purus: subtilis: calidus: & lucidus definitur. Atq3 ab ipso cordis calore ex subtiliori sanguine pro creatus uolat ad cerebrū: ibiq3 animus ipso ad sensus tam interiores q̄ exteriores exercendos assidue utit. Quāobrem sanguis spiritui seruit: spiritus sensibus sensus deniq3 ratiōi sanguis aūt a uirtute naturali: q̄ in iecore: stomacoq3 uiget: efficitur. Tenuissima san guinis pars fluit in cordis fontē: ubi uitalis uiget uir tus: inde creati spiritus cerebri: et (ut ita dixerim) pal ladis arces ascendūt: in quibus animalis: idest sentien di: mouēdiq3 uis dominatur. Itaq3 talis plurimum ferme contemplatio est: quale sensus ipsius obsequiū talis autem sēsus: qualis & spiritus. Spiritus uero ta lis: qualis & sanguis: & tres ille uires: quas diximus naturalis scilicet: uitalis: & aīalis: a quibus: per quas in qbus spiritus ipsi cōcipiunt: nascunt: atq3 fouent.

¶ Litterati pituite: & atre bili obnoxii sunt. Ca. iii.



On solum uero membra illa: uiresq3: & spiritus homines litterarū cupidi curare diligentissime debent: uerum etiā pitui tam semper: & atram bilē nō aliter q̄ na uigantes scyllam atq3 carybdim cautis sime deuitare iubentur. Quantum enim reliquo cor pore ociosi sunt: tantum cerebro: ac mente negotiosi. inde pituitam: qđ greci flegma: hic atrā bilem: quam iidem melancholiam uocant: gignere compelluntur. Illa quidem ingenium sepe obtūdit: & suffocat: hec uero si nimiū abūdauerit: flagrauerit ue: assidua cura crebrisq3 delirametis uexat aīum: iuditiumq3 pertur

i. flegmā
i. melan coliam

bat. Ut non imerito dici possit: litteratos fore: & pre cipue sanos nisi cum pituita molesta est: et letissimos: sapientissimosq; omnium: nisi bilis atre uitio uel me rere sepe: uel interdum desipere compellantur.

Quot sint cause: quibus litterati melancholici sint: uel fiant. Cap. iiii.

Ut autē litterati sint melancholici: tres potis simum causa℞ species faciunt: prima celestis secunda naturalis: tertia est hūana. Celestis quoniā mercurius; qui ut doctrinas inuesti gemus: iuitat: & saturnꝰ: q efficit: ut i doctrinis inue stigandis perseueremus: inuentasq; seruemus: frigidi quodāmodo sicciq; ab astronomis esse dicuntur: uel si forte mercurius non sit frigidus: fit tamē sepe solis propinquitate siccissimus: qualis est natura apud me dicos melancholica: eādemq; naturam mercurius ip se: saturnusq; littera℞ studiosis eo℞ sectatoribꝰ imp tiūt ab initio: ac seruāt: augentq; quottidie. Natura lis autem causa esse uidetur: ꝙ ad scientias presertim difficiles conseq̄ndas necesse est animum ab externis ad interna tanq̄ a circunferentia quadā ad centrū sese recipere: atq; dū speculat̄ in ipso: ut ita dixerim: hoīs centro: stabilissime permanere. Ad centrū uero a cir cunferentia se colligere: figiq; in centro maxime ter re ipsius est propriū: cui quidē atra bilis persimilis est: Igitur atra bilis aium ad se & colligat in unū: et sistat in uno: contempleturq;: assidue prouocat; atq; ipsa mundi centro similis: ad centruz re℞ singularū cogit inuestigandum: euehitq; ad altissima queq; compre hendenda: quandoquidē cum saturno maxime con gruit altissimo planeta℞. Contemplatio quoq; ipsa uicissim assidua quadā collectione: & quasi compres

sione

ctione naturam atre bili persimilē contrahit. Humana uero: idest ex nobis causa est: quoniam frequens agitatio mentis cerebrū uehementer exsiccat. Igitur humore magna ex parte consumpto: quod caloris naturalis pabulum est: calor quoqꝫ plurimum solet extingui: unde natura cerebri sicca: frigidaqꝫ euadit: que quidem terrestris: & melancholica qualitas nominatur Preterea ob frequentissimum inqsitionis motū spūs quoqꝫ nati ꝯtinue dissoluunt resolutos āt spiritus ex subtiliori sāguie instaurari necessariū est. Quapropter subtilioribus: clarioribusqꝫ sanguinis partibus sepe consumptis: reliquis sanguis necessario densus redditur: & siccus: & ater. Accedit ad hec: ꝙ natura in cōtemplatione cerebro prorsus: cordiqꝫ intenta: stomachum eparqꝫ destituit. Quare alimentis presertim uel uberioribus: uel durioribus male concoctis sanguis inde frigidus: crassusqꝫ: et niger efficitur. Postremo nimio membrorum ocio: neqꝫ superflua excernunt: neqꝫ crassi: fusciqꝫ uapores exhalant. Hec oīa melācholicū spūm: mestūqꝫ: & pauidum aium efficere solent: siquidem interiores tenebre multo magisꝗ exteriores merore occupant animū atqꝫ terrent. Maxime uero litteratorum oīum hi atra bile premunt: qui sedulo philosophye studio dediti mentē a corpore: rebusqꝫ corporeis seuocant: incorporeisqꝫ coniungunt: tū qa difficilius admodum opus maiori quoqꝫ indiget mentis intentiōe: tum quia quatenus mentē incorporee ueritati coniungūt: eatenus a corpore disiungere compelluntur: hinc corpus eorum nonnunꝗ quasi semianimum redditur atqꝫ melancholicum Quod quidē plato noster in thimeo significat: dicens animuꝫ diuia sepissime: & intentissime contemplantē alimentis eius

modi adeo adolescere: potētē euadere: ut corpus suū supraq̄ natura corporis patiat: exsuperet: ipsumq; uehementioribus agitationibus suis aliqn̄ uel effugiat quodammodo: uel nōnunq̄ quasi dissoluere uideat.

¶ Cur melancholici ingeniosi sint: & quales melancholici sint eiusmodi: quales contra. Cap. v.


Actenus quam ob causam musaꝝ sacerdotes melācholici uel sint ab initio: uel studio fiant: rationibus primo celestibus: secundo naturalibus: tertio humanis ostendisse sufficiat. Quod qdem confirmat in libro problematum aristoteles omnes enim inquit uiros in quauis facultate prestantes melancholicos extitisse. Qua in re platonicū illud: qđ in libro de scientia scribitur: ↄfirmauit. ingeniosos uidelicet plurimū concitatos: furiososq; esse solere. Democritus quoq; nullos inqt uiros igenio magnos: preter illos: qui furore quodam pciti sūt esse unq̄ posse: quod qdem plato noster in phedro pbare uidetur dicens: poeticas fores frustra absq; furore pulsari. Et si diuinū furorem hic forte itelligi uult: tamē neq; furor eiusmodi apud physicos aliis unq̄ illis: preterq̄ melancholicis incitatur. Deinceps uero assignande a nobis rationes sunt: quare democritus: et plato: & aristoteles asserant: melancholicos nōnullos interdum adeo ingenio cunctos excellere: ut nō hūani: sed diuini potius uideantur. Asseuerāt id democritus: & plato: & aristoteles absq; dubio: rationē uero tante rei haud satis explicare uidentur: audendū tamen: monstrante deo: causas indagare. Melancholia idest atra bilis est duplex: altera qdem naturalis a medicis appellatur: altera uero adustione cōtingit. Naturalis illa nihil est aliud q̄ dēsior quedā: sicciorq; pars

sanguinis

ſanguinis:aduſta uero in ſpecies quattuor diſtribuit. Aut eni naturalis melancholie: aut ſanguinis purioris: aut bilis: aut ſalſe pituite combuſtione cōcipitur. Quecūq; aduſtiōe naſcitur: iuditio & ſapientie nocet nēpe dū hūor ille accēditur atq; ardet cōcitatos furentesq; facere ſolet: quā greci maniā nūcupāt: nos uero furorē. At quādo iam extinguit: ſubtiliorib⁹: clarioribusq; ptibus reſolutis ſolaq; reſtāte fuligie tetra ſtolidos reddit: & ſtupidos quē habitū melācholiā pprie et amētiā uecordiāq; appellāt. Sola igit atra bilis illa: quā diximꝰ: naturale ad iuditiū nob ſapiētiāq; ɔducit neq; tamē ſemp. Sāe ſi ſola ſit atra nimiū: dēſaque mole obfuſcat ſpiritus: terret animum: obtundit ingenium: ſi uero pituite ſimplici miſceatur: cū frigidus obſtiterit circum precordia ſanguis: craſſa quadam frigiditate ſegnitiem adducit: atque torporem. Atque uti denſiſſime cuiuſque materie natura eſt: quando eiuſmodi melancholia frigeſcit: ad ſūmum frigiditatis intendit: quo in ſtatu nihil ſperatur: timentur omnia tedet celi ɔuexa tueri. Si bilis atra: uel ſimplex: uel mixta putreſcit: quartanam gignit febrē; lienis tumores & multa generis eiuſdem: ubi minꝰ exuberat: ſiue ſola ſit: ſiue cōiuncta: pituite ſpiritꝰ craſſiores facit: atq; frigidiores: continuo animū afficit tedio: mentis aciē hebetat: neq; ſalit arcadico circū precordia ſanguis. Oportet aūt atram bilem neq; tam paucam eſſe: ut ſanguis: bilis: ſpiritus quaſi freno careant: unde inſtabile ingenium: labilemq; memoriā eſſe contingat: neq; tam multam: ut nimio pondere pregrauati dormitare: atq; egere calcaribus uideamur. Proinde neceſſarium eſt omnino: eam eſſe quo ad eius natura patitur ſubtiliſſimam. Si eni tenuata pro natura ſua ma-

xime fuerit: poterit forsitan absq3 noxa etiã esse mul ta:atq3 etiam tanta:ut equare bilem saltem pondere uideatur:abundet igit atra bilis: sed tenuissima. Nõ careat humore subtilioris pituite circũfuso:ne arescat prorsus:durissimaq3 euadat: nõ tamẽ misceatur om nino pituite:presertim uel frigidiori:uel multe: ne fri gescat:sed bili:sanguiniq3 adeo misceatur:ut corpus unum conficiatur ex tribus duple sãguinis ad reliqua duo proportione cõpositum. Vbi octo sanguinis par tes:due bilis: due iterum atre bilis portiones existãt: accendatur aliquantum a duobus illis atra bilis:accẽ saq3 fulgeat:non uratur. Ne quemadmodũ solet ma teria durior:dum feruet nimium:uehemẽtius urat:& concitet:dum uero refrigescit: similiter frigescat ad summum. Bilis enĩ atra ferri instar quando multũ ad frigus intenditur:friget ad summum: quãdo contra ad calidum ualde declinat: calet ad summum. Neq3 mirum uideri debet:atram bilem accendi posse facile: atq3 accensam uehementius urere. siquidem uidemus calcem illi similem aqua perfusam feruere statim: at que exurere. Tantam ad utrumque extremum me lancholia uim habet unitate quadam stabilis: fixe q3 nature:que quidem extremitas ceteris humoribus non contingit. Summe quidem calens sũmam prestat audatiam:imo ferocitatem: extreme uero frigens ti morem:ignauiamq3 extremam:mediis uero inter fri gus:caloremq3 gradibus affecta uarie: affectus pro ducit uarios:non aliter q̃ merum precipue potens: bi bentibus ad ebrietatem:uel etiam paulo liberius affe ctus inferre uarios soleat. Igitur opportune tempera ta sit atra bilis oportet:que cum ita moderata est (ut diximus) & bili:sanguiniq3 permixta: quia & natu

ra sicca

ra ſicca eſt: & conditione: quantum ipſius natura pa-
titur: tenuiſſima: facile ab illis accenditur: quia ſolida
eſt atque tenaciſſima: accenſa ſemel diutiſſime flagrat
quia tenaciſſime ſiccitatis unitate potentiſſima eſt: ue
hementius incaleſcit. Quemadmodũ lignum paleis:
ſi utraque accendantur: magis: diutiuſque calet: et lu
cet. Atqui a diuturno uehementiq; calore fulgor in-
gens: motuſq; uehemens: & diuturnus ꝓficiſcuntur
huc tendit illud heracliti: lux ſicut aĩa ſapiẽtiſſima.

¶ Quo pacto atra bilis conducat ingenio. Cap. vi.

QVeret forte quiſpiam: quale ſit corpus illud humoris eiuſmodi: ex tribus illis humorib⁹ ex qua diximus: proportione cõflatum. Tale eſt ferme colore: quale aurum eſſe uidem⁹ ſed aliquantum uergit ad purpuram: & quando tam naturali calore q̃ uel corporis: uel animi motu accendi tur: ferme non aliter: q̃ ignitum: rubenſq; aurum pur pureo mixtũ calet: & lucet: atque uelut iris trahit ua rios flagrante corde colores. Queret aliquis iterum: quonam pacto humor eiuſmodi conducat ingenio. Nempe ſpiritus ex hoc humore creati: primo quidem ſubtiles ſunt: non aliter q̃ aqua illa: quam & uite: ſeu uitis aquam nominãt: & ardentem: quotiens ex craſ ſiori mero: quadam ad ignem diſtillatione: ut fieri ſo let: exprimitur. Spiritus enim ſub anguſtioribus atre bilis eiuſmodi compreſſi meatibus: uehementiore ob unitatẽ calore maxime tenuantur: perq; artiores me atus expreſſi ſubtiliores erumpunt. Deinde calidio- res ſimiliter: atq; eadem ratione lucidiores: tertio mo tu agiles: actione uehementiſſimi: quarto ſolido: ſta- biliq; humore iugiter emanantes actioni diutiſſime ſeruiunt. Tali autem animus noſter obſequio fretus

indagat uehementer:perseuerat inuestigando diuti⁊ facile quecũq3 inuestigauerit : inuenit:clare perspicit sincere diiudicat:ac diu retiet iudicata. Adde q̄ quē admodum in superioribus significauimus:animus in strumento : siue incitamento eiusmodi : quod centro mundi quodãmodo congruit : atq3 (ut ita dixerim) in suum centrum animum colligit:semper rerum om⁊ nium:& centra petit:& penetralia penetrat. Congru it insuper cum mercurio atq3 saturno : quorum alter altissimus omnium planetarum inuestigantem eue⁊ hit ad altissima. Hinc philosophi singulares euadũt: presertim cum animus sit ab externis motibus : atq3 corpore proprio seuocatus:& q̄ proximus diuis:& di uinorum instrumentũ efficiatur. Vnde diuinis influ⁊ xibus:oraculisq3 ex alto repletus:noua quedã: inusi tataque semp excogitat:et futura predicit. Q đ nõ so lũ democritus:atq3 plato affirmãt : sed ẽt aristote.in problematũ libro:& auicenna in libro diuinoꝝ:& in libro de anima cõfitentur. Quorsum hec de atre bilis humore tã multa?ut meminerimus:quantũ atra bi⁊ lis:imo candida bilis eiusmodi querenda: & nutrien da est tanq̃ optima:tantum illam: que contra se ha⁊⁊ bet (ut diximus) tanquam pessimam esse uitandam. Adeo enim dira res est:ut a malo demone eius ipetus istigari serapio dixerit:& auicẽna sapiẽs nõ negauerit

¶ Quinq3 sunt precipui studiosorũ hostes : pituita: atra bilis:coit⁹:satietas.matutius somnus. Cap.vii.


T autem redeamus illuc: unde iam longius digressi sumus:longissima uia est: que ad ue ritatem sapientiamque perducit : grauibus terreque marisq3 plena laborib⁹. Quicunq3 igitur hoc iter aggrediuntur: ut poeta quispiam dice

ret

ret:sepe terra:mariq; periclitantur. Siue enĩ mare nauigent continue inter fluctus: idest humores duos:pituitam scilicet: & noxiam illam melancholiam: quasi inter scyllam: carybdimq; iactantur. Siue terra (ut ita dixerim) iter agant: tria mõstra ptin⁹ sese illis obiiciunt: primum terrena uenus: priapusq; nutrit: scdm bacchus & ceres: tertiũ nocturna hecate freqũter opponit. Ergo & apollo ab ethere: & neptun⁹ ab equore: & a terra hercules sepe uocandus: ut monstra eiusmodi palladis inimica iaculis apollo transfigat: neptunus tridẽte domet: claua hercules cõtundat: et laceret. Primum qdem mõstrum est uenereus coitus: presertim si uel paulũ uires excesserit: subito namq; exhaurit spiritus: presertim subtiliores cerebrumque debilitat: labefactat stomachũ: atque precordia: quo malo nihil ingenio aduersi⁹ esse potest. Cur nam hippocrates coitum comitiali morbo similem iudicauit? nisi quia mentem: que sacra est: pcutit: tantũq; obest: ut auicenna in libro de animalibus dixerit: si qd spermatis supra q̃ natura toleret: coitu pfluat: obesse magis q̃ si quadragies tãtũdẽ sanguinis emanarit: ut nõ iniuria prisci musas: atque mineruam uirgĩes esse uoluerint. Huc platonicũ illud spectat: cũ uenus musis minitaretur: nisi sacra uenerea colerent: se cõtra illas suum filiũ armaturã. Responderunt muse: marti o uenus marti talia minitare: tuus enim inter nos cupido non uolat: denique natura nullũ sensum longius q̃ tactum ab intelligentia segregauit. Secundum mõstrũ est uini: cibiq; satietas: quippe si uinum: uel nimiũ: uel nimis calidum: uehemensque fuerit: caput ipsum humoribus: pessimisq; fumis implebit: mitto q insanos facit ebrietas. Cibus uero nimius: primum quidẽ ad

ftomachum in ipſo coquendo omnem nature uim re-
uocat: quo fit: ut capiti ſimul: ſpeculationiq; intende
re nequeat: deinde inepte coctus multis: & craſſis ua
poribus: hũoribuſq; aciẽ mẽtis obtũdit. Quin ẽt ſi ſa
tis coquat̃: tñ ut galenus ait: anius adipe & ſanguine
ſuffocatus celeſte aliquid ꝓuidere non poteſt. Tertiũ
deniq; monſtrum eſt ad multam noctem: preſertim
poſt cenam frequentius uigilare: unde etiam poſt or-
tum ſolis dormire cogaris quoniam uero in hoc errãt
falluntq; ſtudioſi ꝑmulti: iccirco q̃tũ ingenio noceat
latius explicabo: atq; rationes ſeptem precipuas aſ-
ſeram. Primã ab ipſo celo: ſecundã ab elementis: ter-
tiam ab humoribus: quartã ab ordine rerum: quin-
tam a natura ſtomachi: ſextam a ſpiritibus: ſeptimã
a phãtaſia deductã. Principio tres planete: quẽadmo
dum in ſupioribus dicebamus: contẽplationi: & elo
quentie maxime fauent: ſol: uenus: atq; mercurius.
Hi uero paribus ferme paſſibus cõcurrẽtes: aduẽtan
te nocte nos fugiũt: die uero ſolis ortu in plagam celi
duodecimam: que carceri: tenebriſq; ab aſtronomis
aſſignatur: repente trudunt̃. Ergo non qui uel nocte
quando nos fugiunt: uel die poſt ſolis ortũ: quando
carceris tenebrarumq; domũ intrant: ſed qui uel ꝑpe
modũ petẽtibus ortũ: uel iam ſurgentibus ad cõtem
plandum: ſcribendũq;: ipſi quoq; cõſurgunt. ii ſoli
acutiſſime ſpeculant̃: & eloquẽtiſſime inuẽta ſua ſcri
bunt: atq; cõponunt. Ratio ſecunda. ſ. ab elementis
eſt talis: oriente ſole mouet̃ aer: tenuat̃q;: & claret: oc
cidente uero cõtra: ſanguis aũt et ſpiritus motũ: qua
litatemq; aeris circunfuſi natureq; ſimilis ſequi neceſ
ſario cõpellunt̃. Tertia ratio: que ab humoribus du
citur: eſt eiuſmodi: in aurora mouetur ſanguis: & re-
gnat

gnat:motuqꝫ tenuatur:& calescit: & claret:& spũs
uero sanguinẽ sequi:imitariqꝫ solẽt. Verum accedẽte
nocte:melãcholia illa crassior: et frigidior:atqꝫ pitui
ta dominantur: que spiritus ad speculanndum inep-
tissimos proculdubio reddũt. Quarta ratio:que tra
ditur ab ordine rerum:hec erit: dies uigilie:nox som
no tributa est:quoniam cum sol uel ad hemisperium
nostrum accedit:uel super ipsum incedit: radiis suis
meatus corporis aperit:atqꝫ a centro ad circunferen
tiam humores:spiritusqꝫ dilatat: quod quidem ad
vigiliam:actionesqꝫ excitat:atqꝫ conducit. Contra
vero quando recedit:omnia coarctant̃: quod natu-
rali quodam ordine inuitat ad somnũ:maxime post
tertiam:aut quartam noctis partẽ. Quisquis igit̃ ma
ne quidem dormitat:quando sol: mundusqꝫ excitat
ad multam uero noctem uigilat:quãdo natura dor-
mire iam:et a laboribus quiescere iubet:hic absqꝫ du
bio cum ordini uniuersi:tum sibi ipsi repugnat:dum
contrariis simul motibus perturbatur:atqꝫ distrahi
tur. Sane dum ab vniuerso mouetur ad extima: ipse
sese mouet ad intima:atqꝫ contra: dum ab uniuerso
ad intima trahitur:ipse se interim retrahit ad exti-
ma. Ergo peruerso ordĩe:motibusqꝫ contrariis tum
corpus totum:tum spũs:ingeniumqꝫ prorsus labe-
factatur. Quinto loco a natura stomachi in hunc mo
dum argumentamur:stomachus diuturna diurni ae
ris actione:apertis porris admodum dilatatur:euolã
tibusqꝫ spiritibus tandem valde debilitatur igitur su
beunte nocte nouam spirituũ copiam exigit: qua fo
ueatur. Quapropter qcunqꝫ eo tempore contẽplatio
nes lõgas:et difficiles inchoat:ipsos ad caput spiritus
retrahere nititur:hi uero distracti:neqꝫ stomacho sa

tis: neq₃ capiti faciunt. Maxime uero nocet: si post ce
nam lucubrantes diu eiusmodi studiis attentius in-
cumbamus: pluribus enim tunc ad concoquendũ ci-
bum spiritibus: multoq₃ calore stomachus indiget.
Hec uero duo lucubratione: studioq₃ tali diuertun-
tur ad caput quo fit: ut neq₃ cerebro: neq₃ stomacho
suppetant. Adde ꝙ caput ob eiusmodi motum craſ
sioribus cibi repletur uaporibus: atq₃ cibus in stoma
cho a calore: & spiritu destitutus crudescit: & putret
unde rursus caput opplet: & ledit. Deniq₃ matutinis
horis: quando surgendum est: ut excrementis omni-
bus somno retentis singula membra purgentur tunc
id quod pessimum est: qui nocte lucubrando conco-
ctionem penitus interruperat: idem dormiendo ma-
ne excrementorum expulsionem diutius impedire cõ
pellitur: quod quidem tam ingenio: q̃ corpori medici
omnes obesse q̃plurimum arbitrantur. Merito ergo
qui nocte contra naturam pro die: atq₃ conuerso: die
rursus pro nocte utũtur tanq̃ noctue. ii etiam in hoc
uel inuiti noctuas imitãtur: ut quemadmodum illis
sub solis lumine caligant oculi: ita & iis mentis acies
sub ueritatis splendore caliget. Sexto loco a spiriti-
tibus idem ita probatur: spiritus fatigatione diurna
presertim subtilissimi quiq₃ dẽiq₃ resoluũtur: nocte
igitur pauci crassiq₃ supersunt litterarum studiis inep
tissimi: ut non aliter mancis horum fretum alis in-
genium uolare possit: q̃ uespertiliones: atq₃ bubones
Contra uero post somnum mane spiritibus recreatis
membrisq₃ adeo corroboratis: ut minimo spirituum
adminiculo egeant: multi: subtilesq₃ spiritus adsunt
qui cerebro seruiãt: atq₃ expeditius obsequi possunt
in membris fouẽdis: regendisq₃ parum admoduʒ oc
cupati

cupati. Postremo septima ratio sic a phãtasie natura deducitur: phantasia: siue imaginatio: siue cogitatio seu quouis alio nomine nuncupanda uidetur: multis longis contrariis inuigilando imaginibus: cogitatio nibus: curisq; distrahitur: atq; turbatur. Que quidẽ distractio: perturbatioq; sequenti contemplationi: tranquillam serenamq; mentem penitus postulanti: nimium contraria est. Sola uero nocturna quiete agi tatio illa sedatur tandem: atq; pacatur: igitur acce- dente quidem nocte semper turbata mente: receden te uero ut plurimum mente tranquilla ad studia nos conferimus. Q uicũq; uero mẽte nimium agitata res ipsas iudicare conantur. ii non aliter q̃ illi: q uertigi nem patiuntur: omnia uerti putãt (ut plato inquit) cum ipsi uertantur. Quamobrem scite aristoteles in economicis iubet ante lucem surgere: asseritq; id & ad corporis sanitatem: & ad philosophie studia pro- desse q̃ plurimum. Sed hoc ita accipiendum est: ut ci ta: & modica cena matutinam cruditatem diligentis sime deuitemus. Deniq; sacer ille uates dauid omni- potentis tuba dei unq̃ dicit uespere: sed mane semp: atq; diluculo in deum suum canendum: sed cithara: psalmisq; surgere. Surgere quidem mẽte ea hora om nino debemus: mox etiam corpore: si modo id com9 de fieri possit.

¶ Que sit hora inchoandis studiis opportunior: qs- ue continuandi modus. Cap. viii.

EX iis: que in supioribus disputata sũt: ferme iã satis ɔstat oportũe nostra nos studia exor diri: uel stati oriẽte sole: uel hora una saltem uel duab9 ad summũ ante solis exortũ. Sed ãteq̃ e lecto surgas: pfrica parũper: suauiterq; palmis

corpus totum primo: deinde caput unguibus: sed id paulo leuius: hac in re te hippocrates admoneat. Nã frictione inquit: si uehemens sit: durari corpus: si le-uis: molliri: si multa: minui: si modica: impleri. Cum e lecto surrexeris: noli subite lectioni: meditationiq; prorsus incumbere: sed saltem hore dimidium cuili-bet expurgationi concedito: mox meditationi accin ge te diligenter: quam ad horam circiter unam pro uiribus prorogabis. Deinde remittes parumper men tis intentionem: atq; interĩ eburneo pectine diligent̃: et moderate pectes caput a frõte ceruicem uersus qua dragies pectine ducto. Tum ceruicem pãno asperio-ri perfrica: demum reuersus ad meditandũ: duas insu per horas: aut saltem horã unã studio dedicato: pro-duci uero nõnunq̃ studia possunt: sed aliquãta inter dum intermissione facta ad horã usq; meridianam. Quinetiam interdũ: q̃uis raro: nisi cibũ interim coga mur assumere: post meridiem circiter horas duas. Sol enim circa ortum potens est: potens & in medio celo in plaga quoq; illa celi: que medium proxime sequit̃: quam nonã astronomi uocant: & sapientie domum sol maxime gaudet. Quoniã uero poete oẽs phebum musarũ: scientiarumq; ducem esse uolũt: merito si qd̃ altius excogitandum est: his horis potissimum cogi-tetur: si muse q̃rende: horis eisdem pheho duce q̃ran tur. Relique. n. hore ueteribus: alienisq; legendis po tius: q̃ nouis: ꝓpriisq; excogitandis accõmodate uidẽ tur. Semper aũt meminisse debemus qualibet hora semel saltem paulisper remittendã esse mentis intẽtio nem: cum. n. ob intentionem eiusmodi spũs resoluan tur: merito si nunq̃ cesses tendere: lentus eris Dum la boras animo: interim corpore cõquiesce: mala est de-

fatigatio

fatigatio corporis: peior animi: utriusq; simul: pessi-
ma oppositis hominem motibus simul distrahens: ui
tamq; dispdens Deniq; haud ulterius meditatio pro
cedat q̃ uoluptas: potius uero citra.

¶ Quomodo sit uitanda pituita. Cap. viii.


Pere preciũ fore uidetur: que noxia littera-
tis esse diximus: repeter̃ breuiter: atq; reme
dia singulis adhibere. Ergo ne pituita ni-
mis augeat̃: exercitatione quottidie stoma
cho ferme uacuo bis utendum: nũq̃ tamẽ laboriosa:
ne acuti spũs dissoluant̃: excremẽta diligentissime ab
oibus meatibus expurgãda. Sordes a corpis totius
cute: capitis pcipue: tũ lotiõe tũ frictiõe peitus abster
gende. Vitanda alimenta frigida nimiũ: atq; nisi ob
stiterit atra bilis: ẽt humida: et oino que piguia: uiru
lẽta: uiscosa: uncta glutinosaq; sint: uel que facile pu
trescere soleãt. Si stomachus: uel natura: uel etate sit
frigidus: aut dimittendus oino: aut certe minuẽdus
aque pot⁹: moderatus cib⁹ sit oportet: sed potio mo
deratior: habitatio alta a graui: nubiloq; aere remo-
tissima. Cũ ignis: tum calidi odoris usu humiditas
expellenda: phibendũ frigus a capite: maxĩe uero cer
uice: atq; pedibus. Multũ. n. obest ingenio: pdest mo
deratus usus aromatũ in frigidioribus epulis: nucis
muscate p̃sertim: & cinnamomi: & croci: zinziberis
quoq; conditi mane stomacho uacuo: quod sensibus
etiam. & memorie maxime prodest.

¶ Qua rõne uitãda sit atra bilis. C. x.


Essimã uero illã: quã i supioribus dete
stabamur: atrã bilẽ hec augẽt crassũ tur
bidũq; uinũ pcipue nigrũ. Cibi duri sic
ci salsi acres acuti ueteres usti assi fricti:

carnes bouis: & leporis: caseus uetus: salsamēta: legu
mina: precipue faba: lenticula: melongia: eruca: brassi
ca: sinapis: radicula: alliū: cepa: porrum: mora: cario
te: & quecunqꝫ calefaciunt: uel frigefaciunt simul: at
qꝫ desiccant: & omnia nigra. Ira: timor: misericordia
dolor: ocium: solitudo: & quecūqꝫ uisum: & olfactū
auditumqꝫ offendunt: omnium uero maxime tene-
bre. Preterea exiccatio corporis nimia: siue longis na
ta uigiliis: siue multa mentis agitatione: uel cura: seu
frequentiqꝫ coitu: usuqꝫ reꝝ calidaꝝ multū atqꝫ sic
caꝝ: seu imoderata quadā deiectione: atqꝫ purgatio
ne: uel exercitatiōe laboriosa: uel iedia: siti: calore: uel
sicciore uento: uel frigore. Cū uero bilis atra ꝑ siccis
sima sit: frigida quoqꝫ: licet n̄ eque: huic certe resistē
dum est rebus qdē modice caldis: hūidis uero q̄ maxi
me. Cibis elixis assidue: q coquantur facile: & subtil ē
gignant sanguinē: atqꝫ clarissimū. Sed interī: ut sto-
machi & pituite ratio habeatur: pinde atqꝫ bilis atre
epule cinamomo: & croco: & sandalis cōdiantur. Cō
ferunt semia pepōis: atqꝫ cucumeris: & pinei nuclei ab
luti: cōueniunt lacticinia oīa: lac: caseus recēs: amyg-
dale dulces: cōueniūt carnes auiū: & pulloꝝ gallinace
oꝝ: q̄drupedū ue lactētiū: oua sorbilia maxie: & ex-
mēbris anialiū cerebellū: dulcia mala: pyra: ꝑsica: pe
pones: pruna damascena: atqꝫ similia. Cucurbita rite
cocta: herbe hūide: nō uiscose: cerasia uero ficus: uuas
minie laudo: nauseā uero & satietatē ualde detestor.
Nihil aūt aduersus hanc pestē ualētius est q̄ uinū leue
clarum: suaue: odoꝝ: ad spiritus pre ceteris ꝑspicuos
generandos aptissimū. Nā (ut platoni & aristoteli pla
cet) hic humor hoc uino non aliter mollitur: atqꝫ dul
cescit: & claret: q̄ uel lupini aqua perfusi: uel ferrū flā-
mis

mis accensum: uerum quātū eius usus ſpiritibus: et in
genio prodeſt: tantū nocet abuſus. Preterea iſundere
aurum uel argentū maxime ignitū: eorumq; folia in
poculis: uel in ipſo iure prodeſſe cōſentaneū eſt: atqȝ
aureo: uel argenteo uaſculo bibere: ciboſq; ſumere.
Item perutile eſt: ſi ſepe ſtomacho uacuo liquiritie ſuc
cus deglutiatur: ſuccus quoq; punici pomi dulcis: at
que dulcis arancei. Cōducunt non mediocriter ſua-
ues odores temperati maxime: at ſi regnat frigus: ad
calidum declinantes: ſin dominetur calor: uergentes
ad frigidū. Temperandi ſunt igitur ex roſis: uiolis:
myrto: camphora: ſandalis: aqua roſacea: que frigi-
da ſunt. Rurſus ex cinamomo: citro: aranceo: gario-
phylis: mēta: meliſſa: croco: ligno aloe: ambra: muſco
que calida. Verni flores proſūt in primis & folia citri:
ſiue arancei: odoraque poma: ſed maxīe uinū. Odo-
res eiuſmodi prout cuique cōuenit: & naribus haurīē
di ſunt: & pectori: atqȝ ſtomacho admouendi. Odo
res uero calidos multū: ſiccoſque: ſi ſoli fuerint: & cō
tinui: non probamus. Tenendus ore iacynthus: qui
animum uehementer exhilarat: hierobotanum quo
que: ideſt ſclarea ſiluestris tū cibo: tū odore ꝯfert: bu
gloſa rurſus: borrago: meliſſa: horum que triū aqua
Rurſus lactuca endiuia: uua paſſula: lac amigdalinū
menſe familiriſſima eſſe debent. Fugiendus aer aut
feruens: aut glacialis nimium: aut nubilus: ſed aer
temperatus: ſerenuſque liberrime admittēdus. Mer
curius pythagoras: plato iubēt: diſſonantem anium
uel merentem cithara: cantuqȝ tam conſtanti q̄ cōcin
no componere ſimul atque erigere: dauid autem poe-
ta ſacer pſalterio: pſalmiſque ſaulem ab inſania libe-
rabat. Ego etiam ſi modo infima licet cōponere ſum-

mis q̃tum aduerſus atre bilis amaritudinẽ dulcedo lyre:cantuſq; ualeat:domi frequenter experior. Laudamus frequentem aſpectum aque nitide:uiridis: rubeiue coloris:hortorum:nemorũq; uſum:deambulationem ſecus flumina : perq; amena prata:ſuauem eqtationẽ quoq;:geſtatiõem: nauigationemq; lenẽ ualde probamus. Sed uarietatem in primis:facileſq; occupationes:diuerſaq; negotia non moleſta:aſſiduam hominum gratioſorum conſuetudinem.

¶ Cura ſtomachi. Cap. xi.

SEquitur ut curam ſtomachi diligẽtiſſimam habeamus : ne nauſeã: cruditatẽue adducat unq̃ ſatietas:caputq; offẽdat. Bis cibus quotidie ſumendus eſt:et modicus: atq; leuis cinnamomo:macce:nuce muſcata moderate conditus. Sẽper tamẽ ſiccus cibus põdere alimenta mollia:potũq; exuperet : niſi forte atre bilis ſiccitatẽ admodũ ueneamur. Famem (ſi cõmode fieri poteſt) cibus.ſitĩ potus expectet:auiditas utriuſq; ſupſit menſe:faſtidiũ & ſaturitas procul abſint. Abſtinendum ab iis:que ob nimiã humiditatem:uel uirulentam: & unctã uiſcoſãq; materiam ſtomachũ relaxando debilitant:uel ẽt frigida:aut calidiſſima ſunt: aut ꝑpter duritiam egere coquuntur. Et que talia ſunt : ut diu poſt menſam palato ſaporẽ reddant moleſtiorẽ: ſiue inflent : ſiue caput multis uaporibus ĩpleant:ab oĩbus in primis: que facile:uel extra aluũ:uel in aluo putreſcant. Dulces ſapores:aut acres ſi ſoli ſint:nullo pacto probamus:ſed dulces acri quodam:uel acuto:uel ſicco uolumus temperari. Maſtix: & menta ſicca:ſaluia recens: uue paſſule:cydonia : poma cocta condita ſacharo : cicorea: roſa:corallus:lotus capparis:et aceto conditus ſtoma

cho

cho amicissima sunt. Mala preterea punica sapore inter acidum dulcemq; medio: & omnino quecūq; moderate arida sunt: & aliquantulum austera: que medici stiptica uocant: siue que aliquantum acuta sunt: uel salsa: uel aromatica: myrobalani aūt omnia superant. Vinum quoq; rubeū potius q̃ albū sapore quasi paululum subamaro: ac nisi caliditas uel distillatio aliter postulauerit: optimum erit merum bibitum paulatim: omnino autem liquidiores epule prius sumende q̃ duriores. Sumpto uero cibo: cōuenit coriandrū pomumq; cydonium conditum sacharo: mala punica & pyra austera: mespila quoq;: & psica sicca: atq; similia. Mandere uero oportet ante quā deglutiantur singula exactissime: fouendus stomachus: si oportet extrinsecus: mastice: rosa: menta: corallo. Cauendū ne post cibum: duabus aut tribus proximis horis uel cogitationi difficili: uel lectioni sedulo incūbamus. Necessarie forsan erunt hore uacationis quattuor: si cibus potusue uberior fuerit: aut cibus durior. Malum est cibo: potuue uentrem extendere: pessimum stomacho sic extento difficilia cogitare: aut igitur nutrimē tum sume leuissimum: aut sumpto uaca: donec quasi concoxeris. Neq; dormiendum post cibum meridie: nisi maxima cogat necessitas: atq; id quidem non prius q̃ horas duas uigilauerimus: nocte tamen sumpta cena: hora (ut uidetur) una uigilia sufficit. Coitus stomacho pestilens: presertim si uel saturo statim: uel esuriente concumbas: ocio meret stomachus: exercitatione gaudet: nisi dum cibo sit plenus. Sumpto cibo statim modice deambulandum: mox uero sedendū.

¶ De iis: que fouent membra: precipue uires spiritus. Cap. xii.


Ed iam prestare uidet: ut nõnulla ex medicorum officina in medium pducamus: q̃ stomachi: cordis: cerebri: spirituũ ingenii uires: uel seruẽt integras: uel restituãt: ac si uel pituita uel atra bilis excrescat: uel imineat nausea: longe ppellant. Oẽs sine cõtrouersia medici cõsenserũt: nihil esse salutarius tiriaca: fouendis cõfirmandisq; tũ singulis mẽbris: & uiribus: tũ spiritibus: atq; ingenio. Huius igit in pmis utemur drachma dimidia: aut saltem drachme tertia parte bis q̃libet ebdomada: hyeme: & autũno: sed estate: atq; uere semel: uel sola: uel (si placet) frigidis: humidisq; tpibus cum pauculo mero claro: suaui. Temporibus uero calidis: siccisq;: presertim si natura: uel etas sit calidior: cũ aque rosacee duabus unciis: aut tribus stomacho. s. uacuo: sex aut septẽ horis ante cibum. Si tiriaca desit: dabimus mithridatũ:: sed ubi tiriacã mithridatumue sumim⁹ eo die ab omni re calida penitus abstinẽdũ: ac si estas aut uer fuerit: frigidis est utẽdum: secundo uero loco eadem in causa probat ab oibus aloe rite electa: atq; lota. Sume myrobalanarum chebularũ drachmas duas: rosarum purpurearũ sandali rubei: emblicorũ cinamomi: croci: corticis pomi citri: beem: melisse. i. citrarie: singulorum drachmã unam: aloes electe riteq; ablute drachmas duodecim. Ex his confice pilulas optimo mero: quibus ebdomada qualibet semel utaris diluculo: eo scilicet pondere: quod nature tue conueniat: estate quidem cum aqua rosacea: alias uero cum uino. Quibus autem diebus neq; tiriacam: neq; pilulas assumes: utere confectiõe eiusmodi mane: atq; uespere: duabus: aut tribus ante cibum horis. Summe cinnami electissimi drachmas quattuor:

chebularum:

chebularũ:myrobalanorũ duas:& totidem emblica rum croci:rosarũ purpurearũ drachmã dimidiã:san/ dalorum rubrorum drachmas duas :coralorũq́ȝ si mi lium drachmã unam:sachari albissimi quãtum satis est. Funde sacharum aqua rosacea:atq́ȝ succo citri :uel limonum equalibus uidelicet portionibus:coque sua uiter : deinde adde musci tertiam drachme partem: atq́ȝ ambre tantundem:demum confice bolos solidos quos morsulos uulgo nominant: auroque inuolue. Tria hec ipsi eo usu:quo prescripsimꝰ:experti sumus tiriacam & aloem:ita (ut diximus) temperatam :cõ fectionemque illam singulis conferre membris:& ui ribus: & spiritibus:acuere sensus : atque ingenium: memoriam confirmare:pituitam quoque & bilẽ:atq́ȝ atram bilem illis pillulis facile uel educi : uel emenda ri. Preterea etati cuilibet: & nature tria:que diximus familiarissima iudicantur.

¶Medicine contra pituitam. Cap.xiii.

SI aduersus exundantem pituitam acrius pu gnandum fuerit :pillulas aurora ex hierapi cra galeni:uel quas mesues elefanginas no/ minat : dabimus scilicet quot : & quotiens oportuerit:uel etiam in robustiore natura pillulas ex hiera:atqȝ trociscis agarici pari portiõe compositas: semper uero cum melle rosaceo liquido :atqȝ oximel le:aquaqȝ maratri:idest feniculi. Qui certe syrupus ĩ pituita digerenda etiam ante pillulas:atque post eas maxie prodest. Si una cum pituita ceteri quoqȝ hũo/ res turbent:pillulis ex reubarbaro mesues:uel pillu/ lis:que sine quibus a posterioribus nuncupãtur : op/ portune purgabimus. Omnẽ uero uehementẽ: repen tinãque deiectionem : purgationẽqȝ penitus detesta

mur. Nam stomachũ :corque debilitat: spiritus multos exhaurit: confundit humores: spiritus fumis humorum fuscis obtenebrat.

¶ Distilatio :atque eius cura. Cap. xiiii.



Bi caput propter pituitã distillationibus fluctuat: q̃doq; hora somni aliquot ex pillulis quas modo descripsimus dabimus. Iubebimus preterea ea hora: & aliis thus sepe mandere: nam mirifice distillationibus: & sensibus omnibus: memorieq; succurrit. Rursus muscata nux: & tiriaca ore retenta probatur: maiorana quoque: quam amracum nominant: uel eius aqua admota naribus: uel infusa. Post cibum uero alimentorũ fumos coriandro: cidoneisq; cohercebimus.

¶ Dolor capitis: & cura eius. Cap. xv.



I caput sepe doleat humore grauatum frigido :preter illa: q̃ narrauimus: ↄfectiõem illã quã diambrã nominãt :uel diachori: uel plisarchoticon tenere ore iubebimus. Qui etiã masticẽ sepe mandere :preterea linire frontem: tempora: ceruicem maiorane: feniculi: rute foliis : una cum oleo rosaceo tunsis. Similiter aloe :aceto :oleo: aqua que rosacea perfecte diluta.



¶ De cura uisus. Cap. xvi.

Bi oculi caligãt: neq; rubent tamẽ: neq; aliud p̃bent ullũ caloris inditiũ : tũ fãc colliriũ ex aq̃ feniculi: maiorãe: celidõie rute: adhibito croco: & ãtimõio: ↄfert: sed aq̃ eiusmodi prius dẽsiori pãno ẽ expriméda nihil tñ admoueas oculis: nisi ãtea pillulis lucis sepe purgaueris. At si caligãtes oculi rubeãt : subito pillulis ex fumo terre cõpositis purga: mox colliriũ

ex aqua rosacea & sacharo prodest: nõnunq̃ uero albumine oui: tucia: lacte adiectis quamprimum opitulatur. Omnino autem quottidianus usus maratri uisum seruat: & acuit: semen quidem eius frequenter ore tenere oportet: folia uero comedere: trifera minor a mesue descripta optima est. Optimum quottidie uacuo stomacho myrobalanum chebulam conditam sumere: atque cum ea non nihil panis ex sacharo: maratroque in puluerem ducto compositi. Quod insuper ingenio mirum in modum: ac producende uite prodest: eufragie quinentiam usus oculis est singulare presidium. In omni uel dolore capitis: uel caligie oculorum diuertendi sunt retro uapores frictionib⁹ cucurbitulisq; : ac si calor in causa sit: sanguisq; abũdet: hirudines ceruici: & humeris adhibebimus.

❡ De gustu instaurando. Cap. xvii.



Tomachus sepe litteraru; studiosis gustum fere omnem amittit: si id pituite uitio incidit: quod accidus oris sapor: uel saliua multa: & glutiosior indicat: post quã aluũ subduxeris: medicinis: quas supra narrauim⁹ aromatico rosaceo utere. s. sacharo rosaceo mixto: melle quoq; rosaceo cũ cinamomo solo ẽt uel zizibere ɔdito: uel mẽte syrupo sed in primis tiriaca. Sin aũt bilis copia forte cõtingit quod qdẽ os amarũ ostendere solet: similiter post purgationẽ ex aloe: sicut diximus p̃parata: uł reubarbaro: assume uel triasãdalũ: uel oxizacharã: & sacharo aceto albo: & uino acrioris punici mali cõpositã: uł p sica: pyraue: siue cõdita: siue syrupo cõfecta: sicut mesues docet: uel nostrã eiusmodi confectionem gustui saluberrimã. Sume sachari rosacei uncias quattuor

diamarenati uncias duas: diacitonitem tantundē: scilicet uncias duas: mirobalanorū chebularū semunciā emblicarū tātundē: sandali rubei: coralli rubri: utrorumq; eque drachmā dimidiā: funde insuper iuleb ex succo citri: uel limonis tres uncias: aut duas. Quod si stomachus debilis est: & frigidus: adiice duas cinnami drachmas: his autē cibum duabus horis utendū. Nauseam semper ab utroq; natam humore tollit diacitonitē: & usus capparis cum aceto: item potus modicus ieiuno stomacho albi aceti rosacei: si duplo sachari pondere misceat̃: rursus mente syrupus: atq; absinthii. Item menta: uel aceto condita: uel accido mali punici succo diluta.

De exacta atre bilis cura. Cap. xviii.



Uerum missa hec tanq̃ leuiora iā faciam? atq; ad id: qđ piculosissimū est: reuertamur: scilicet ad atrā bilē que quotiēs abundat: & furit: cū corpus totum: tū uel maxie spiritum quasi quoddā instrumētum igenii: ipsumq; igeniū: & iudiciū labefactat. Primū in ea curāda preceptū sit: ut docuit galenus: ne repēte illā educere ɔtendam?: ne forte patre eius liqdiore: subtilioreq; subducta: residuū dēsius admodū siccius q; resideat: sed paulatim molliat̃: digerat̃q; piter: atq; educat̃. Scđm: ut interi tā cibis hūidioribus: q̃ lauacris dulcibus: & modicis: unguētisque similibus caput: & corpus totū ad summū pro uiribus hūectetur ea tñ cautiōe: ne uel distillatio irritet̃: uel destruat̃ stomachus: aut iecur: uel meatus corpis obstruant̃. Tertiū uero: & id qdē maxie necessariū: ut cōtinue cor foueat̃: roboret̃q; rebus cōgruis: ꝑti ītus acceptis: ꝑtiꝫ extra pectori naribusue adhibitis. Aspiciant̃ quoq;

& audiantur: odorẽtur: & cogitent̃ assidue: que oblectent: contraria uero longius arceantur.

De syrupis. Capitulum. xix.



Vlta quidẽ a multis aduersus hunc humorem cõposita sunt. Ego aũt in presentia tria quedã remediorũ genera e plurimis afferam electissima oĩum: atq; tutissima: accepta primũ a priscis: deĩde a recẽtioribus cõfirmata: interdũ etiã a nobis ad usum nostrũ accõmodata. In primo ẽ syrupi optimi cõpositio: ĩ secũdo pillule ꝓbatissime in tertio electuaria saluberrima. His tribus opportune adhibitis: melancholicus humor mollitur: & digerit̃ atq; soluitur: spũs accuuntur: & illustrantur: fouetur ingenium: memoria confirmatur. Syrupus est huiusmodi: sume boraginis: buglosse: florumque utriusq; melisse: capillorum ueneris: endiuie: uiolarũ: cuscute polipodii: sene: epithymi: singulorũ q̃tum manu capitur pruna damascena numero uigĩti: odora poma numero decem: passularum unciam unam: liquiritie unciam dimidiam: cinnami: sandali rubri: corticum citri: singulorũ drachmas tres: croci drachmam dimidiam: coquantur in aqua omnia preter epithymum: & aromata: donec pars tertia consumatur. Decoctio expressa post cum sacharo iterum: & epithimo moderate coquatur: postremo infundantur aromata: scilicet cinnamomum: atque crocus. Huius syrupi auro ra calefacti uncie tres bibantur: simulque uncie due aut tres aque buglosse: atque una cum his ex sequentibus pillulis accipi debent: due saltem: ac plures: ꝓut cuique conuenit: eo scilicet pacto: ut aluus quotidie paulum moueatur.

De pillulis. Capitulum. xx.


Illularum uero q̃tum ad ꝓpoſitum ſpe
ctat: duo ſunt genera: alie delicatis con
gruũt robuſtiorib⁹ alie. Prie auree ſiue
magice noiari poſſunt: partim magorũ
imitatiõe ptim noſtra inuẽtiõe ſub ipſo
iouis: ueneriſq; influxu compoſite: que pituitã: atrã
bilem educũt abſq; moleſtia: ſingula mẽbra corrobo
rant: ſpũs acuũt: & illuminãt. Ita eos dilatant: ne cõ
ſtricti meſtitiã pariãt: ſed dilatatiõe: & lũine gaudeãt
ita rurſus ſtabiliũt: ne extẽſiõe nimia euãeſcãt. Sũme
igit̃ auri grana duodecĩ: maxĩe folioꝝ ei⁹: ſi pura ſint
thuris: myrrhe: croci: ligni aloes: cinami: corticis citri
meliſſe: ſerici crudi coccinei: mẽte: been albi: been ru-
bei ſinguloꝝ drachmã dimidiã: roſaꝝ purpurearum
ſandali rubri: corali rubri: myrobalanoꝝ triuz. ſ. em
blicarũ: chebularum indarum: ſingulorum drachmã
unam: aloes rite ablute tãtundem q̃tum cunctorum
pondus: cõfice pillulas mero q̃ electiſſimo. Sequntur
pillule ad ſoluendam melancholiam aliquanto uali-
diores: ueruntamen minime uiolẽte. Summe peonie:
myrche: ſticados arabici: meliſſe: thuris: croci: myra-
balanorum trium ſcilicet emblicharum: chebularum
indarum roſarum: ſinguloꝝ drachmam unam. Tro
ciſcorum agarici: polipodii: epithimi: ſene: lapidis la
zuli loti rite: et preparati: lapidis armẽi affecti ſimili
ter: drachmas tres ſingulorũ: aloes lote uncias duas
uino perfecto pillulas confla. Si cum melãcholia ma
nifeſta caliditas dominetur: que in hac compoſitione
ſunt frigida: ad tertiam inſuper ponderis ſui partem
augenda erunt. Has pillulas (ut litterarum ſtudioſis
conuenit) grecorum: latinorũ: arabumq; imitatione
cõpoſui: nolui uero fortiora miſcere: quale ueratrum

quo

quo carneades phanaticus utebatur. Viris enim litteratis tantũ uel paulo firmioribus consulo: qbus nihil pestilentius est q̃ uiolentia: ideo pretermisi pillulas indas lapidisq; lazuli: uel armeni notas: & quã compositionẽ hieralogodion appellãt. Si dẽiq; decet simpliciorem compositionem inserere: qua ego familiarius utor: summe aloes lote unciã unam: myrobalanorũ emblicarũ: atq; chebularũ utriusq; pariter drachmas duas: masticis drachmas duas: duas quoq; rosarũ: presertim purpurearũ: cõfice pillulas uino: ꝑinde pillulis: aut iis: aut illis. ex iis. s. quas probauimus: nẽq unq̃ solis uti debet: ne forte nimiũ exsiccetur. Quod quidem in melancholia pessimum est: imo uel una cũ syrupo: quem secuti partim mesuen: partim gentilem fulginatẽ supra descripsimus: uel cũ uini odori: leuisq; uncia una: siue duabus: siue tribus: ut cuiq; cõuenit: aut cum aqua mellis: & passularũ: atq; liquiritie aut sicubi caliditas dominatur: cum iuleb uiolaceo: aquaq; uiolacea. Omnino autẽ cõsulo litteratis: quicunq; ad atram bilem sunt proniores: ut hac purgatione bis quolibet anno: uere scilicet: autũnoq; utantur diebus quindecim continuis: uel uiginti: pillulis: scilicet cum syrupo: atq; similibus. Quicunq; uero paulo minus huic morbo obnoxii sunt: sat habebunt: si pillulas primas: aut ultimas toto anno sumant: semel ebdomada qualibet: estate quidem cũ iuleb (ut diximus) alias uero cum uino.

¶ De medicina liquida. Cap. xxi.



Eminisse uero oportet ubi maximũ in exsiccatione periculũ imminet: pur: gañ tamẽ necessitas cogit ope preciũ esse pillulas itermittere: atq; i ipso syrupo: uel sibi q̃dã decoctiõe

facta in aq̃ buglosse qñ purgandũ est: interdũ infũdere diasene: uel diacatholicõis: uel triphere psice unciã unã: aut saltẽ dimidiã. Quod: si uel corpus robustius sit: uel astrictior: & durior aluus: addere electuarii hamech drachmam unam: aut duas. Vtilis quoqꝫ hic ẽ confecta cassia: utilior manna: nec omni melancholie speciei conueniunt: sed illi maxime: que adustione creatur. Sin autem melancholia naturalis sit: conueniunt quidem: uerum precipue: si i syrupo addatur pollipodii portio dupla: uel tripla: similiter liquiritie: crociqꝫ: & passularum: item medicine addantur mellis rosacei liquidi uncie due. Quotiens uero syrupus sumẽdus sit: in superioribus diximus: sed medicina cum ipso ter uiginti diebus sumenda erit. Verum si melancholicus nullus humor appareat: tantum uero complexio melãcholica: scilicet frigida membrorum qualitas atqꝫ sicca: memento ducere aluum: uel mittere sãguinem minime expedire. Sed reliqua dũtaxat facere: que uel diximus: uel dicemus: presertim quecunqꝫ ad corpus pertinent mediocriter calefaciendum: atqꝫ magnopere humectandum: spiritusqꝫ quoad fieri potest illuminandos: fouendaqꝫ membra. Vbi uero ipse atre bilis hũor exundat: nõ madefaciamus tantũ corpus: atqꝫ humorẽ: sed etiã soluimus aluũ ea cautiõe: qua diximus: nunquam uero uehementer. Siquidem plato in thimeo nos monet diuturnũ morbũ: qualis ẽ melancholicus: nõ esse nimis ualentibus medicamentis: atqꝫ molestis pharmacis irritandum.



De sanguinis missione. Cap. xxii.

Vnt nonnulli in sanguine mittendo audaciores: quos medici sapientes admodũ detestantur. Nam sanguis est atre bilis temperamentũ:

spiritus

1 .i. melancholie

ſpiritus fomes: uite theſaurus. Solum uero ubi abun dantiam ſanguinis indicat: uel profuſior riſus: auda tiaq; & confidentia multa: uel color rubens: uenarũ q; tumor: mittere ſanguinem litteratis: quãdo res po ſtulat: debemus e uena lienis ſiniſtri brachii: lata qua dam inciſione: quattuor uncias mane: ueſpere totidẽ Deinde paucos poſt dies: ſaltem ſeptem: ad ſummum quattuordecim: tum frictiõe quadam aſperiore: tum admotis hirudinibus: quas ſanguiſugas nominant: mariſcas irritare: ut ſãguinis uncie tres: aut quattuor inde diſtillent. Hec ambo robuſtioribus tantũ facien da uidentur: debilioribus uero: ſi neceſſitas poſtulat: mariſcas ſolum: ſicut docuimus: irritare. Sed neq; uẽ trem medicinis ſoluere: neq; mittere ſanguinem licet niſi prius clyſteribus pinguibus: mollibuſq; lenieris. Atq; hoc ſit in melancholica natura commune pre ceptum: dandam eſſe operam: ut ſi oportuerit: eiuſ modi clyſteribus frequẽtatis uenter inferior lubricus ſemper ſit: atq; purgatus.

¶ De electuariis. Cap. xxiii.



SEquuntur electuaria: ex quibus laudo equidem: quod raſis exhilarans appella uit: preterea que ĩ libro de uiribus cordis auicenna componit: ſed multo magis qd̃ meſues ita conſcribit. Summe crudum ſe ricum colore coccineo nuper tinctum: pondere libras unam: id merge ſucco pomorum dulcium: & ſuauiter redolẽtium: atq; ſucco bugloſſe: aquaq; roſacea: ſin gulorum libra una: poſt quatuor et uigiti horas totũ cõ coque ſuauiter: donec aqua rubeat. Deinde extrahe ſericum: atq; inſuper exprime diligenter: ĩfunde mox ſachari candidiſſimi centum & quiquaginta drach

mas:coque rursus donec quasi mel spissetur: amoue tunc ab igne:atqȝ infunde dum calet:ambre crudꝰ di ligenter concise drachmas sex: & ut liquescat ambra permitte:postremo adde his pulúerem eiusmodi. Sume ligni aloes crudi:cinami: utriusqȝ eque sex drachmas:lapidis lazuli rite abluti:drachmas tredecī: unionum :idest albarum margaritarum drachmas duas auri ueri drachmam unam: musci electi partē drachme dimidiam. Dantur ex eo cum uino drachme due: uel una mane:ac uespere ante cibum tribus:aut quatuor horis:id mihi pre ceteris ualde placet. Veruntamen probo etiam diamuscum mesues dulcem:compositionemqȝ gemmarum:modo cum aqua rosacea assumantur. Laudarem quoqȝ mirifice: quod est a petro abanensi philosopho summo conflatum: nisi ipsemet ex eius immodico usu dilatationem:exhalationē qȝ spirituum nimiam formidaret. Quamobrem duo quedam insuper excogitaui tutissima:atqȝ ob temperationem suam cuilibet tempori:etati:nature conuenientissima:in quibus miscetur utile dulci. Que tantum nutriunt q̃tum fouent:& roborant: preterea spiritui:& igenio tantū stabiliendo:q̃tum acuendo:et illustrādo cōueniūt. Sume sachari rosacei uncias quattuor:sachari una cū floribus buglosse cōcocti uncias duas:corticis pomi citri sacharo conditi unciā unam chebuli condite uncias duas: cinami electi drachmā unam:sandali:corallis.s.utriusqȝ rubri. Itē serici:coccinei:crudi cōcisi:croci :margaritaꝝ: singuloꝝ drachmam dimidiam auri:argenti:singuloꝝ tertiā drachme partem:ambre:musci:utriusqȝ grana duo: funde oīa simul succo citri:uel limonis sacharo cocti. Sequitur confectio altera aliq̃to salubrior: certe multo sua

uior:

uior: sume amygdalarum dulciũ quattuor uncias: nucleorum pineorum. s. ablutorum diei unius spatio: seminũ cucumeris: utrorũq3 pariter uncias duas: sachari duri: quod candũ. i. candidũ uocant quattuor uncias: sachari alterius: sed albissimi libram unam: atq3 dimidiã. Funde cuncta hec aqua rosacea: atq3 limõis: & citri: in quã extinctũ fuerit ignitũ aurũ: & argentum: simul coque suauiter: demũ adde cinami: beẽ rubri: sandali rubri: coralli similis; singulorum drachmaz unã. Margaritarum nitidissimarum: croci: serici: crudi: coccinei minutissime attriti: singulorum drachmã dimidiã auri argenti: utriusq3 grana duodecim: iacynthi: smaragdi: zaphyri: carbũculi: singulorum. iii. drachme ptẽ Si cui uero desunt: aurum: argentũ: ambra: muscus preciosi lapilli confectiones ille ẽt prodesse multũ sine his poterunt: quarum tres potissimum eligo: unã. s. mesues quã recensui: duas uero nostras: quas modo descripsimus: quo uero pacto his utendũ sit: superius satis ex posuimus. Si quis aũt simplicius aliquid appetat: omnibus tñ accõmodatũ: hic citri pomũ pfecte maturũ integrũ pfecte contundat: multoq3 sacharo: & multo rosarum succo adhibito coquat. Coctũ uero modico cinamo: crocoq3 odiat: aut aromatico rosaceo utatur sic tẽperato. Sume aromatici rosacei unciã unã: sachari rosacei: sachari diabuglosati: utriusq3 uncias duas: aut similiter misceat diamuscum. Quanq̃ enim duo hec non sint simplicia tamen facile satis habetur: ac si caliditas timeatur: diaprunis: & sacharum uiolaceum adiungantur.

¶ De nimia uigilia. Cap. xxiiii.



Epe melãcholicis: pferti lr̃atis accidere solet ut nimiũ exiccato cerebro; uigiliis lõgis exte

nuent: quoniam uero nihil atre bilis mala magis augeat q̃ longa uigilia: tanto malo omni studio succurrẽdum. Ideo lactucas post cibos alios edãt una cũ pane modico: pauculo croco: uinũq; purũ sorbeant post lactucam: neq; ultra horã lucubrent. Cum se dormitũ conferunt: cõfectionem eiusmodi sumant: in qua seminis papaueris albi uncie due sint: semis lactuce uncia una: amõi croci. s. utriusq; pars drachme dimidia sachari uncie sex: dilue & coq; omnia simul syrupo papaueris. Edant huius drachmas duas: simulq; non nihil syrupi papaueris gustẽt: aut uini: illinias eis frõtem: temporaq; oleo ex uiolis: & ex nenufare adiecta camphora: itẽ lacte: oleoq; amygdalio: atq; uiolaceo. Odorem croci: & cãphore: putaminũq; dulcis mali naribus admouebis: aceti insup modici: sed aque rosacee plurime: sternes quoq; lectum plantarũ foliis frigidarum: aures grauibus cantibus: sonisq; delinies. Humectabis sepe caput eiusmodi lauacris: scilicet aqua: in qua cocta sint frusta papaueris: lactuca: portulaca: malua rosarum: uitis salicis: arundinũq; folia: addita camõilla. Balneis quoq; dulcibus ex reb⁹ eiusmodi sepe tibie: brachiaq; sepe totũ corpus est humectandum. Lac insuper bibere mixtũ sacharo. s. stomacho uacuo: si modo stomachus optime tolerauerit maxime ꝓdest. Humida hec melancholicis etiã: si satis dormiant: mirifice conferunt: memento lac amygdalinum mense familiarissimum esse debere.

¶ De hebetudine: atq; obliuione. Cap. xxv.


Ccidit uero nõnunq̃: ut studiosis: uel quia sedulo inclinato capite legant: scribantue: uel quia ocio nimio torpeant: pituita quedam uiscosior una cum frigida nimis melan

cholica

cholica caput occupās grauet: atqʒ hebetes: obliuio
ſoſqʒ efficiat. His ergo caput exonerandū eſt iis reme
diis: que alias diximus pituite cōuenire: ſin minus il
la ſuffecerint: ad pillulas indas et cocchias: hieralogo
dionqʒ cōſugito. Preterea ad hierā diacoloqntidos
uel archigenis: uel andromaci: uel theodotionis: aut
ad pillulas iudei quas meſues ī capitulo de capitis do
lore deſcribit. Quod ſi natura etaſue frigidior ſit nec
eſtas obſtiterit: poſt purgationem utere cōfectione il
la anachardina: quam meſues ſapientum confectio-
nem nominat in antidotario: rurſus anachardina il-
la: quā in capitulo dē obliuiōe ex ſententia filii zacha
rie recenſet. Da ſūmo mane drachmā unā: ſed qui eā
ſumit: ab ira: coitu: ebrietate: labore: rebuſqʒ calidis
eo die prorſus abſtineat: hec quide aduerſus hebetu
dinem: obliuionēqʒ ualentiſſima ſunt. At uero ſi fa
miliaria magis optes: da zinziber ſacharo conditum
ſed modico thure mixtum: quod ſenſibus: & memo
rie magnopere prodeſt preſertim his adiectis. ſ. melle
anachardino: melle chebularū: acoris: ciperis: ambra
muſco: prodeſt etiā diambra pliſarchoticon: diacori.
ſed hec ore diutius retinenda: naribus etiam: & auri-
bus infundenda. Odor quoqʒ thuris: amaraci: ma-
ratri: nuciſmuſcate: rute: gariophiloꝝ prodeſt nō me
diocriter. Memento tamē tiriacam in his atqʒ ſimili-
bus: quemadmodum ab initio diximus: nulli unq̄ re
medio poſtponēdam: preterea hebetibus: obliuioſiſ
que tempora: & ceruicem unctione eiuſmodi unge.
Sume olei ſanbucini unciā unā: olei deben uncias du
as: euforbii unciā dimidiā: caſtorei quoqʒ tantūdem
perfricabis brachia: crura: ceruicemqʒ uehemēter: ac
ſi opus fuerit: ceruici cucurbitulas admouebis: uer-

ticem preterea capitis amaraco: thure: nuce muſcata tunſis operies: atque fouebis.

¶ Quod corporeũ quidem ſpũm curare d'bemus: incorporeum uero colere: ueritatẽ deniqꝫ uenerari: primum medicina pſtat: ſecundũ diſciplina moralis: tertium uero religio. Cap. xxvi.



I homines ueritatis cupidi tanta medicorꝝ diligẽtia corporeũ ſpũm curare debent: ne forte oino neglectus: uel impedimento ſit: uel inepte ſeruiat q̃rentibus ueritatem multo proculdubio diligentius incorporeum ſpũm: ideſt intellectum ipſum diſcipline moralis inſtitutis colere decet: quo ſolo ueritas ipſa cũ ſit incorporea capitur. Nephas. n. eſt ſolum animi ſeruum. i. corpus colere: animi uero corporis dominũ: regemqꝫ negligere: preſertim cum magorꝝ: platoniſqꝫ ſententia ſit: corpus totum ab anio ita pendere: ut niſi animus bene ualuerit corpus bene ualere non poſſit. Quapropter medicine auctor apollo non hippocratẽ: q̃uis ex ſua ſtirpe genitum: ſed ſocratem ſapientiſſimũ iudicauit. Quippe cum quantum hippocrates corpori: tantum ſocrates animo ſanando ſtuduerit: quamq̃: quod tentauerant illi: ſolus chriſtus effecit: proinde ſi mentem noſtram optimis colere moribus a ſocrate iccirco iubemur: ut lucem: ueritatemqꝫ a nobis nature inſtinctu queſitam: ſerena mente facilius aſſequamur: quanto magis ueritatem ipſam diuinã in primis religiõe ſancta fas eſt uenerari. Ad quam querendã: capiendãqꝫ non aliter creata mens eſt: q̃ oculus ad lumen ſolis pſpiciendum. Atqꝫ (ut plato noſter inquit) quemadmodum uiſus nihil uſq̃ uiſibile perſpicit: niſi in ipſo ſummi uiſibilis: ideſt ſolis ipſius ſplẽdore: ita neqꝫ in

tellectus

tellectus humanus intelligibile quicq̃ apprehendit: nisi in ipso intelligibilis sũmi: hoc est dei lumie nobis semper: & ubiqꝫ presente: in lumine inquã: quod illuminat omnem hoiem uenientem in hũc mundum. In lumine de quo canit dauid: in lumine tuo uidebim⁹ lumen. Profecto quemadmodum purgatis oculis: in qꝫ lumen ipsum aspicientibus: subito splendor eius infunditur: coloribus: figurisqꝫ rerum abunde refulgens: ita cum primum ab omnibus corporis perturbationibus per moralem disciplinam purgata mens est: atqꝫ in diuinam ueritatem: idest deum ipsum religioso quodam: flagrantissimoqꝫ amore directa: subito (ut diuinus inquit plato) diuina menti ueritas influit: rationesqꝫ rerum ueras: que in ipsa continentur: quibusue omnia constant: feliciter explicat: quantoqꝫ mentem circunfundit lumine: tanto simul: & uoluntatem gaudio beate perfundit.

Finis primi libri.

¶ Marsilii ficini florẽtini in librum secundũ de uita longa ad philippum ualorem epistolare proemium.


Arsilius ficinus florentinus philippo ualori ciui optimo: atqꝫ nobilissimo. S. D. Quãq̃ plato noster genio suo uiuit: & uicturus est (ut arbitror) dum mũdus ipse uiuet: meus me tñ genius huc semper impellit: ut post diuinũ cultum ante oĩa platonis uite ꝓspiciã. Ad hoc ipm iam diu nobis aspirat pre ceteris medica domus: ad idem cõspiras & tu mi ualor medicũ amicissimus: & platonice glorie: atqꝫ discipline admodũ studiosus: quã ergo uitã platoni semp exopto. eandẽ opto medicibus similẽqꝫ ualori. Quãobrẽ hortor: & obsecro te mi ualor: ut quanta semper opa glorie platonice faues: tan

ta aliquãdo diligentia ꝑcepta hec nostra de uita pro ducenda legas atq; serues. Quibus diu uiuens resurgenti nuper discipline platõis diutius una cũ magnanio laurẽtio medice patrocinari possis. Vale.

❡ Ad perfectionem scientie necessaria est uita longa quam etiam diligentia prestat. Cap. i.



D artem scientiãq; perfectam nõ tã uel docilitas igenii: uel memorie firmitas: q̃ prudentis iudicii ꝑspicacia nos perducit. Iudiciũ uero propter ambiguitatẽ ex cõiecturaꝶ diuersitate ɔceptã adeo difficile est ut expimẽto sit necessario confirmãdũ. Experimentũ quoq; fallax tum ꝓpter iudicii ipsius difficultatem: tũ propter fugacẽ opportuni in experimẽto captãdo temporis breuitatem. Quibus sane de causis artem eẽ longã una cum hippocrate recte ɔcludimus: nec posse nos eam: nisi uite lõgitudine cõsequi: uitam uero lõgam nõ solũ ab initio semel fata ꝓmittunt: sed nostra ẽt diligentia ꝑstat: quod & astrologi confitenť: ubi de electionibus: et imaginibus agũt & medicoꝶ cura diligens: expientiaq; confirmat. Qua qdem prouidentia non solũ hoies natura ualidi sepissime: sed ẽt ualitudinarii uitam longã aliqñ cõsequũtur: ut non miꝶ sit herodicũ quendã litteraꝶ studiosum: oĩum sui tpis infirmissimũ (ut plato: aristoteles q; testanť) eiusmodi ꝓuidentia: annũ fere centesimũ impleuisse. Plutarchus ꝑterea narrat multos corpore alioqn parum firmo: uitã sola diligẽtia longã cõsecutos. mitto in ꝑsẽtia: quot ibecillos ipse nouerim: prudentie munere robustissimoꝶ annos supauisse. Neq; igitur inutile fuerit: neq; uanũ: post librũ de curãda

ualitudine

ualitudine litteratorū a nobis cōpositū: precepta que-
dam insuper ingeniis scientie cupidis: ad uitā longam
conducentia tradere. Instituta uero hec nec inertibus
ignauisq; cōmunicari uolumus: quid enim cupiamus
istos diu uiuere: qui neq; uiuunt quidem: quasi fucos
nutriamus: non apes. Nec hominib⁹ diuulgari: pdita
uoluptatū libidine dissolutis: qui breuē quottidie uo
luptatē longe stulti preponūt: nec iprobis: iniqsq; pa
tefieri: quorū uita mors est bonorū. Sed uiris dūtaxat
prudentibus: atq; temperatis: solertis ingenii: uiris
humano generi: uel priuatim: uel publice profuturis.
¶ Vitalis calor nutritur humore: quo dficiente fit re
solutio: quo excedente fit suffocatio. Cap. ii.



Ita quidē tanq̄ lumē in naturali calore cōsi-
stit: caloris uero pabulū est humor aere⁹: at
q; pinguis quasi oleū. Siue igitur hūor eius-
modi forte deficiat: siue prorsus excedat: uł
inquinet: calor statī debilitat: & tandē debilitatus ex
tinguitur. Si hūoris defectu calor dbilitatur: & pdit
mors resolutiōe ɔtingit: si potius obruit: hūoris exces
su: uel uitio: uita suffocatōe perit. Suffocatio uero hu
moris cuiuslibet exūdantia: uel putrefactiōe cōtigit:
preserti pituita: uł excrescēte: uel quōlibet putrefacta
ut non imerito pituita petens uitā fuerit noiata. Pre-
cepta igitur ad pducendā uitā maxie necessaria: hinc
quidē resolutionē: inde suffocationē: putrefactionēq;
eque deuitāt: eque inq̄ ratione cōi. Nā si calidiorē: sic
cioremue hoiem forte curant: & cui meatus qdē aper
ti sunt: hūores aūt spūsq; subtiles resolutōi magis oc
currūt. Si aūt cōtraria rōne corpus affectū tractant:
potius suffocatiōi subueniūt: maxie uero in alterutro
student: si ad alterutrū locus: tēpusue dclinet. At ubi

ingeniosis:studiosisq; consulitur:utrūq; pceptū ferme est pariter necessariū i utroq; similiter laborat̄. His.n. acutum qdē:calidūq; ingeniū:et imaginationis mot⁹ assidu⁹:resolutionē:ociū uero corporis:atq; cruditas suffocationē minitari uidetur : nusq̄ igit̄ medici uehementius q̄ in eiusmodi hominū curatione laborant. Et si tota libri superioris disputatio ad ꝓrogandam uitā maxime confert:propriam tamen quandam restanta curam:qualem deinceps (quoad potero) paucis comprehendam:postulare uidetur.

Quomodo temperandus calor ad humorem : atq; uicissim quodam minerue consilio. Cap.iii.


eterum dum oleum istud pigue: igneo huic uigori nostro necessariū pingui minerua tractamus : minerua interim oliuifera : olei uitalis origo almi uidelicet iouis capite nata ridet:qp sui muneris q̄titatē plane cernētes:iterea nō satis uidimus qualitatē. Ridens ergo:uobis inqt:oleū: nō modo q̄tū sat flāme nutriende foret abunde dedi: sed ēt sine amurca sincerū ifundi lucerne:hec illa. Nos aūt interloquendū errantes offendimus:quoniam lucerna pedibus nostris uerbū suū nō dum nobis auditum. Ex hac ergo lucerna discamus oleū iugiter flamme subministrandū:ea scilicet diligentia:ut nec repentina quadam lumē obruamus illuuione:nec rursū differamus sitibundo potū. Sed hec qdē duo satis in superioribus tractata putamus:reliqua nobis duo sūt: quoꝝ alteꝝ leuiter tetigisse:alterū uix attigisse uidemur:tangentes interī ita palladē:ut ridere nunq̄ solita nos rideret. Quid ergo?primo quidē ꝯsiderabim⁹ flāmā:uel pauculā esse prorsus edacē:ideoq; lucernaꝫ illā lucere diutius: in qua sic flāmula est ad ellychniuꝫ

ideſt lucinium tempata:ut non ebibat oleum:ſed piti
ſet. itaque & nos in omni dieta cauebimus : ne quan
do preſertim in iuuentute nimium inualeſcat : inſitus
ignis ſuapte natura uorax :ſat uero fuerit tum humo
rem inundantem :tum penetrabile friguſ hinc arcere.
Deinde lucernã cogitabimus frequẽter extingui : qñ
nõ ſincerꝝ oleũ inſtillauerit:ſed (ut ita dixerim) amur
coſũ : unde paulo poſt cõcreſcunt ex amurca fungi : lu
menqꝫ extinguunt. Iam uero nos almũ a pallade ſu-
ſcepimus oleum. ſ. aeriũ ꝗplurimum:purũqꝫ : & nati
uo quodã lentore tenax:atqꝫ firmũ. Quod ergo huic
paulatim abſumpto ſubgeritur : nõ ſolum huic equa
le debet eſſe:ſed ſimile:ut uero ſit ſimile:nõ tantũ ae-
reũ eſſe debet:& pingue:ſed penitus ab amurca ſecre-
tum:ideſt a fece quadã ex terra:& aqua craſſiore ꝯge
ſta. Hanc ergo cõgeſtionẽ; fecemqꝫ uitaturi:alimenta
eiuſmodi fugiamus:& ociũ:& cruditatem:atqꝫ ſor-
des. Interea uero mineruam ea moderatione colamus
ut caput quidem:de quo nata eſt ipſa:nobis augeat:
neruos autem:ſtomachumqꝫ non minuat.

¶ Quibus de cauſis areſcit hũor naturalis : uł pegri
nꝰ exũdat:ꝗ necãria ſit ad uitã pfecta digeſtio. c.iiii.

NAturalem humorem uelociter hec exſiccãt:
ſanguinis fluxus uberior:uiolẽta ſolutio uẽ
tris:diu lubricus aluus:profuſus ſudor:la-
tius patefacti meatuſ:coituſ ad debilitatem
factus:ſitis anhela:fames cruciãs: uigilia lõga. Vſus
calidarꝫ rerꝫ ſimul atqꝫ ſiccarꝫ : laborioſus animi:cor
poriſqꝫ motus:anxietas:ira:dolor:ſiccior ſimul: at-
qꝫ feruentior:aer preſertim igne caleſcens : uentus ari
dior : & uiolentus : atque diuturnus humorem ſu-
pra modum augent. His contraria:ebrietas frequens

utrumque facit: nimio enim tum calore siccat: tũ humore suffocat ebriosum: nihil autẽ magis quã cruditas ad utrunque nocet. Vbi enim non concoquitur alimentum: hinc quidem deest: quo naturalem irriget humorem: inde uero putrefactũ superest: quod exundans calorem obruat naturalem. Quamobrem auicéna corrumpi sanguinem inquit: ubi digestio ipsa corrumpitur secutusque galenum appellat digestionem uite radicẽ. Optima igitur est: & quasi unica hec regula galeni: concoctiõẽ cibi preceteris ubiq; curare nam qđ maximum uidetur esse preceptum: salubribus uidelicet uti: nihil proderit: nisi coquas: siquidẽ ex his ferme sicut ex ꝯtrariis noxius hũor ꝓfluit: si cruda membris influxerint. Ex cibis autẽ etiã minus arte laudatis: sepe minus malũ accipitur nutrimẽtũ: si uehemẽtius concoquãtur. Cruditatẽ igitur tanq̃ graue resolutionis simul: & suffocationis causam diligẽtissime deuitemus: quãtitate uide licet cibi: potusque nob accõmodata. Qualitate: simplicitate: ꝑparatiõe cõtritione: ieiunio reuocante famẽ: ac (si opus fuerit) stomachi etiã exteriore fomento: rebusq; quibusdã stipticis post epulas intus assumptis. Caueãusq; diligenter: ne cibũ potus exuperet: neu cibus sit liq̃dior: aut durior: aut hic: uel ille ualde sit actu frigidus: aut alimenta sint longe diuersa: aut crudũ addamus crudo hec eni cõcoctionẽ magnopere ꝓhibent. Caueamus insuper diligentissime: ne uel coitu stati post cibũ: uel sõno meridiano sepius nõ necessario: uel nocturna uigilia: uel labore aĩ ullo: siue corporis iportũo: uel alio quopiã pacto digestionẽ impediamus. Digestionẽ dico eqdẽ ñ primã tantũ: q̃ fit ĩ stomacho: sed secũdã ẽt q̃ fit in iecore: tertiam insup: q̃ in uenis: quartã deniq;

que

que in membris efficitur: que longo quodã indiget interuallo: & quãuis ĩpedita pabulũ nõ suppeditat humori. Proĩde sicut digestionem: sic excrementorũ purgationẽ adiuuare in primis necessariũ est ad uitam: necessarium sordes etiã acute detergere. Necessarius est motus corporis tam continuus: tam tẽperatus: tã uarius: q̃ celestium: aerisq; motus: & ignis: & aque: seruata duntaxat cõcoctionis: & somni necessitate: defatigatione uero: & resolutione uitata. Preterea sub umbra sitũ carieq; obducim⁹: sub diuo: sub lumĩe ui uim⁹: quod pater me⁹ ficinus: medicus ĩsignis frequẽter habebat in ore. Sed ad hec feliciter pagẽda opere pretiũ foret: non tam urbanis negotiis quã rusticis q busdam exercitationibus a tenera statim etate corpus assuefecisse: & quodammodo similibus ĩterdum etiã nutrimentis: & uite genus quodãmodo uarium tenuisse: qđ me sepe prudens ille monebat. Qui enim in omni etate lautissima quadã curiositate uiuunt: sepe minus tuti uiuũt: qui uero adolescentes se minus assuefecerint: adulti saltem assuefaciant: cautioribus tamen gradibus id tentantes.

¶ Sanguis: & hũor accõmodatus uite aerius eẽ debet: q̃litate tẽpatus: substãtia medi⁹: atq; tẽax. C. v.



Reci omnes inter p̃cepta ad diuturnam uitã maxĩe necessaria mãdant: ut euchimis alamur. Euchima uocam⁹ alimẽta salubria: que bonũ afferũt nutrimentũ idest sanguinẽ bonũ: bonum uero sanguinẽ appellamus: non frigidum: non siccũ: non turbulentũ: sed calidũ: & hũidum: atq; clarũ. Calidũ q dẽ calore nõ acri: hũidum uero hũore ñ aqueo: clarũ quoq;: nec tñ interea tenuissimũ. Iam uero feruentior

sanguis naturalem tũ calorẽ exacuit: tũ exsiccat humorẽ: & quẽ ipse humorem infert: uel calorẽ resolubilem prestat: atq; fugacem Sanguis preterea hũidior: proniorq; ad aquã naturalem: obtundit calorem: humorẽ quoq; naturalẽ uel hebetat: uel impellit sub calore liquescere: uel suffocat humiditate calorẽ. & oĩno: si q̃ potio naturalis hũoris ex aqueo sãguie extrahitur: tũ putrescit facile: tũ cito diffluit: atq; dissoluit Hinc efficitur: ut qui molliores fructus: herbasq; comedunt: nisi raro forsan: & ꝑ medicina tunc uentreȝ leniente: sumãt: breui uenas succo crudo: putrefactioniq; obnoxio: penitus impleant: ac ne id accidat: tutius pro alimento: uel coquũtur: uel saltem cum pane miscentur. Sanguis uero nec igneus esto: nec aqueus: sed aerius: nõ aeri crassiori similis: ne ꝓcliuior sit ad aquã non aeri subtilissimo: ne facile incalescat in ignẽ sed substantiam teneat mediocrẽ: in qua medius aer dominatũ habeat plurimũ: cetera elementa insint: q̃tenus aeris accõmodantur impio. Nõ sit eius substantia subtilissima: ne humorẽ instabilẽ generet: spiritũq; uolatilẽ: dissolutioni subiectũ. Nõ sit crassissima: alioqn & igenio minime ministrabit: & uix ĩ naturalem hũorem: ac spiritũ ꝑmutabitur: meatus obstruet: suffocatiõi dabit occasionẽ: & spiritus: q uix tãdem crassus inde creatur: densitate sua & ipse parũ idoneus ẽ ad uitam. Et calorem naturalem ita suffocat: sicut fumus densior flammam comprimit ꝓtinus: & extinguit: mitto ꝙ saltem adeo tenebrosus est: ut uitã efficiat mestam morte deteriorẽ. In primis aũt (ut mihi uideẽ) ad uitam expedit diuturnã: sanguinẽ una cuȝ substãtia qdẽ aerea ualde: nec admodũ crassa: haberẽ glutinosũ aliquẽ in se hũorem: atq; tenacẽ: qualẽ ferme

me cum subtilitate habet oleum oliuarum: & humor anguille pinguis simul: atq; tenuis: & oleum ex terebēthina quadam sublimatione tractum. Tu igitur alimēta: ceteraq; omnia: que sanguinē p uiribus hūo remq; talem efficiant: diligenter eligito. Sanguis enī humorque talis sicut oleum flāme: ita uitali calori pabulū est: & una cum subtilitate habet etiam firmitatē Preceptū enim rasis est pro iuuentute seruāda: rebus uti sanguinē ad precordia traducentibus ubique condensantibus: corq; fouentibus (quod auicēna pbat) aquosum labilēque sanguinē precipiens euitandum. Differens autē in hoc p differentia corporum ratio est habenda: nam ubi densius corpus est: ad subtilitatē sanguinis: ubi rarius: ad crassitudinē eiusdē omnibus est remediis declinandum: ubi media corporis habitudo: uia similiter media tutius imus: nunq̄ tamē naturalem corporis habitudinem extirpare conabimur alioquin uitā ipsam extirparemus. Expedit insup meminisse: ubi subtilitatem sanguinis ualde ueremur: et stomachus īterea nō sit admodū natura ualidus: minutioribus ad crassitudinē gradibus accedendum eē dum gracilē hominem crassioribus alimentis nutrire cōtendimus: & fouēdū interim stomachū: pducendū somnum: exercitationē p uiribus augendam: animi minuendam: que plurimis sepissime nocet: ac si min⁹ ferat alimenta uiscosa nimiū duraque: uel admodum frigida. Vsu saltē corallorū: sandalorū: rosaꝝ: coriandrorū: myrobalanorum: cydoniorū: & diacydonion sacchariq; rosacei: stipticarūq; rerū eā sanguinis humorisq; firmitatem denique consequemur: quam rebus nimium glutinosis hic tuto consequi non ualemus. Commodissime uero ex nucleis pineis: pistaceisque

& glyzirhize succo: & amido: additis amygdalis dulcibus: earũq; oleo: & cydonio℞ semine: atq; oleo sisamino una cũ sacharo candidissimo: aqua rosacea nutrientur: qui uiscosa grandio℞ animaliũ membra cõcoquere nequeãt. Cõcedemus his preterea extrẽa gallina℞: uel hedo℞: & testudines: & limaces: atq; testiculos uina dabimus non alba: sed rubra: stipticaq;: & quodãmodo subamara: aqua uinũ ferrea uł masticia tẽperantes. Oleo quoq; masticis: cydoniorũqz cutẽ leuiter leniemus: & uetabimus interi: que sanguinẽ subtilẽ faciũt: uł feruẽtẽ: nisi forsan nõ nihil croci: uł cinamomi tenatioribus epulis ilũdam⁹: ut & facil⁹ concoquant: & cocta p meatus angustos transferant ad mẽbra. Difficile nãq; est uiscosa. uel alimẽta paulo firmiora ex stõacho nõ admodũ ualido: usqz ad digestionẽ tertiã: qrtãq; pducere: nisi eiusmodi uehiculis pferãt. Atqz insup frictiõibus leuibus puocentur: quas quidem cum facies: mãibus eas molioribus facito: ac memento madefacere manus odorifero quodam uino in quo cammomillam: myrtumq; coxeris: atq; rosas.

¶ Communis comedendi: bibendiq; regula: & qualitas epularum. Cap. vi.

SEd missa in presentia faciamus obtusissima hominum corpora: uel tenuissima: ad cõmunem uiuendi rationẽ perueniamus: cõmuni: medieqz corporis habitudini prorsus accommodatam. Caue ne ulla ratione meatus corporis uel supra modum pateant: uel nimium obstruantur. Ibi enim in resolutione: & iniuria extrinsecus inferẽda discrimen: hic aũt in putrefactione & suffocatiõe periculũ: & si non arctissimo regule freno (quod hippocrates dãnat) te cohibeo: non tamen habenas tibi ad licentiam

centiam usq; relaxo. Herbas & fructus hũidiores ac
cipe parce: parcius lac & pisces: & utrunq; cum melle:
parcissime fungos: atq; cũ aromaticis: ac semine pyri
similiter purum aque potum: atq; una cũ parcitate.
Que humidiora sunt uł pinguia: aromaticis: acribus
q; condito: alioquin & hũorem alienũ membris plu
rimũ inferunt: atq; putridũ: & si quem necessariũ na-
ture humorē suggerunt: hunc prestant cite admodũ
corruptioni subiectũ: quod non aliter q̃ aquosũ uinũ
cõturbatur celeriter: & corrũpitur: hinc cita canicies:
& pallor: rugositasque senilis. Carnes quoq; si quoti
die comedantur: ac ẽt si pondere pani ꝓpinquent citã
putrefactionẽ ĩferũt: uñ porphyrius pythagoreoꝝ: an
tiquioꝝq; auctoritate fretus esum aĩaliũ detestatur.
Nõne homines accepimus ante diluuiũ longeuos ani
malibus pepercisse? quãq̃ medici non tã carniũ usũ ue
tant: q̃ abusum. Deniq; humida tanq̃ putrefactiõi ob
noxia fuge: memoria tenens hũidos: & pingues sene-
scere citius: atq; mori: qđ & hippocrates ait: & res ipa
declarat. Siccissima rursum accipe moderate: uł saltẽ
liberiore tempera potu: media tutus eligito: tam& si
auicẽna formam cibi paulo sicciorẽ molli preponit ad
caniciem euitandam ad frigida nimium: aut calida
cautissim⁹ esto: calida simul et humida sequere. Si fer
uet aer: epularum humor calorem superet: si friget: ca
lor humorem: utrobiq; uero modicus sit excessus: ubi
q; calor & humor: non nihil glutinosum habeat: atq;
stipticum: ut illinc membris irrigatus humor ĩhereat
firmius: ac diu sub calore perduret. Electum triticum
& panis electus hoc inprimis habet: deinde rubrum
stipticumq; uinum: parumq; dulce: tertio pinei nuclei
resq; his temperie: & lentore persimiles: quarto car-

nes non humide simul atq; laxe: ut suille: & agnine lactentes. Medici tamen ueteres: maxime galenus suis carnes: & sanguinem propter quandam cum corpore nostro similitudinem ualde commendāt. Optime sūt igitur similibus corporib⁹: ut rusticis: & robustis: corpusq; multum exercitantibus: presertim si quatriduum gariophylis: coriandris preparati: sale cōdite seruentur: & sanguis forsan utilis: si cū sacharo coquatur: defecatusq; ad summū fuerit: atq; liquens. Sed ut ad numeꝝ reuertamur: nō probātur carnes humidiores quales diximus: non dure simul atq; sicce: quales uetustioris leporis: atq; bouis: sed medie quedā: ut gallinaceorum pulloꝝ caponum: pauonum: phasianarū: perdicū: forte etiā pulloꝝ columbinoꝝ. presertī domesticorum. Tales quoq; sunt capreoli: uituliq; iuuenes & anniculi uerueces pariter atq; apri: hedos non sperno lactentes: caseumq; recentem. Auiculas equidem pretermisi: frequens enim subtilioꝝ alimentorū usus stomacho solum cōuenit: crassiora minime toleranti. qui uero ualidior est: fugacē ex his fumū reportat: uel humorem. Oua tamen gallinaꝝ nō pretermitto: si uitellus una cū albo comedatur: uitellus nāq; solus delicatoꝝ est nutrimentū: nam auicenna probat: nutrimentum nullum expedire magis in diminutione sanguinis: et dissolutiōe spiritus cardiaci: q̄ uitellum oui: galline: uel perdicis: uel phasiane. Neq; forte ab re fuerit: anseres nutrire spelta: aquaue nitida: ac post necē carnes sale & coriandris aceto p̄paratis cōditas: dies septem seruare prius q̄ edas. Ceruumq; similiter si stomachus fuerit ualidissimus: probabile nāq; est longeua quedam anialia ad uitam cōferre longeuam: si tamen huiusmodi carnes iuuenes comedantur: similiter

q; alie

q̄ alie carnes uecissim sunto: tum asse: tū elixe. Cibus esto duplus ad potū: panis duplus & sexquialter ad oua: triplus ad carnes: quadruplus ad pisces: herbas: fructus humidiores. Nec incipiat a potu mensa: neq; potus sit semel uberior: semper stipticum aliquid absq; potu: uel modico sequatur mensa. Vbi complexio: etas: locus: tempus ad calidū: siccūue labitur: tu quoq; paulisper ad opposita declinato: ubi ad frigidum: aut humidum: similiter ad opposita uergito: ubi temperies: seruato temperiem. Eatenus aūt exercitatiōi quidem corporis est addendum: & ani detrahendū: q̄tenus epulis uescimur durioribus ad diuturnitatē uite aliquādo forsitā necessariis Mēse tibi sint ī nouē diei horis due: & utrobiq; parce: parcior uero cena: exercitationes corporis due ferme post digestionē primā ad sudorem quasi producte. Somnus quidem nocturn⁹ quia semper est necessarius: semper bonus diurnus autem: nisi admodum necessarius: nunq̄ bonus.

¶ Ne utaris alimentis: que cito putrescunt: nec ī eiusmodi regionibus habites: uinum: & triticum pre ceteris elige: putrefactiōem & resolutionē fuge. Cap. vii.


Nimalia uero quecunq; in nostrā custodiam ueniunt: mundis: electisq; alimentis nutriēda sunt: ante q̄ uescamur: atque hec: & alia omnia ex pascuis altiorib⁹: & odoriferis eligenda sunt. Inter hec regulam ante omnes ab arnaldo philosopho comprobatam memori semper mente teneto: animantes: herbas: poma: fruges: uina: ex altis odoriferisq; (ut diximus) regionibus eligere oportere: quas uenti temperati serenant: suaues solis radii fouent: ubi aque nulle stagnant: culta sterquiliniis non pinguescunt: sed humore natiuo; ubi etiam que

cunq nascuntur: diu permanent incorrupta. Hic dũtaxat habitandum est: his quoque uescendum: neq confidendum est ex alimentis: que breui putrescunt: humorẽ nos comparaturos diuturnum: & a putrefactione remotum: neque sperandũ facile nos diu uicturos: ubi terre fructus icorrupti diu nõ conseruãtur ubi rari admodũ hoies sunt longeui. Quantũ uero sit in loco uictuq discrimẽ: pomũ declarat psicum in psia quidẽ uenenũ: in egypto cordis amicũ: & elleborus in anticyra impune sumptus: alibi uero uenenum. Aristoteles habitationem eligit altam: ad meridiem: orientemque spectantem sub aere subtili: nec humido: nec frigido: & plato longeuos in editissimis atq tempatis repperit regionibus. Deterrimũ uero ẽ stercorare agros: uel aquas stagnantes ex agris minime deriuare: omnia. n. illic cite corruptioni subiecta nascunt. Quamobrẽ eos nõ uitupare non possum: q sapiẽtem hesiodũ iccirco uitupant: q in re rustica sterquiliniũ pretermiserit: sed ille prudens salubritati potius: q̃ fertilitati consuluit: satis autem ex lupinorum fabarumq foliis tempestiue subuersis agrum pinguefieri posse putauit At uero si regiões humidiores imundasq colere: et alimenta minime duratura sumere cõpellamur: eum quasi seruemus uictũ: quẽ sub aere pestilẽti medici mandauerũt: qua de re i libro cõtra pestilentiã satis egimus. Sũmatim uero suauibus & quodãmodo calidis utemur odoribus: aloe rite p̃parata sepe: leuiterq purgabimur. Rite uero p̃paratam dicimus si lota fuerit aq̃ rosacea: uel succo rosa℞ aut si cũ rosis recẽtibus: cõtritisq fuerit pfecte cõmixta: deide addat̃ ei myrobalanus: atq mastix: & forte rosa. Medicina hec extra controuersiam mirabilis est

ad conseruandam diu mētem sanā in corpe sano: pre
terea corpus exercitabimus: opportuno utemur foco
Hoc puluere epulas cōdiemus: myrobalanoꝝ embli-
carum sit pars uncie quarta: sandaloꝝ uero dimidia
cinnamoni integra: octaua croci. Hoc itaqꝫ puluere:
rebusqꝫ simul acribus: iminentem ex putridis alimē
tis: & locis corruptionē forsitan inhibere poterimus.
Meminerimus aūt: ubi multo plures putrefactiōe suf
focationeqꝫ q̄ resolutione pereūt: ibi putrefactioni: &
suffocationi maxime resistendū. Vbi uero cōtra uicis
sim uti condimentis aromaticis et quodāmodo auste
ris (ut diximus) odoribusqꝫ similibus: quouis tem
pore putrefactionē prohibet. Vngi oleo: frigoris iniu
riam. uti lauachris ex aqua: & oleo: resolutionē ex la
bore uel calidis tempibus iminētē. Similiter os aqua
sepe colluere: succum glycirhize: uel sacharum crysta i. liquiricie
linum ore tenere aqua rosacea multa: paucoqꝫ aceto
rosaceo manus: faciēqꝫ perfundere: similibusqꝫ odo
ribus uti. Septima quaqꝫ hora alimentis modicis re
creari: corpore simul & animo conquiescere: calore ui
tato. Plurimū uero interest quale sit triticū atqꝫ uinū
quibus assidue uescimur: hec ergo sint talia: ut ultra
annum: & potius ad trienniū integra pseuerent si mo
do incorruptibilē ex his alimoniam sperare debemus
Vinum: siue albū: siue rubrū sit: esto clarū: suaue: stip
ticum: odoriferꝝ: & quod indigeat aqua: nisi forte ui
num reppereris leue simul: atqꝫ durabile: quod raris
simuꝫ esse solet. Quod uero ualidius est phus isaac ui
num dicit esse uinosum coctū sole: uentisqꝫ purgatū:
qđ aqua fontis puri tempari iubet aliquādiu antea:
q̄ bibamus ut pfectius misceat̄. Aquosum uero uinū
atque debile; uel acerbum fugiendū monet: utpote

quod intra uenas: & membra accidum cito fiat: aũt aliter putrefiat. Vinum quidẽ aquosum putrefactiõi subiectum: si conseruata eius substantia coctũ fuerit hoc saltẽ erit utile: alioquin non laudatũ: quod humorem corruptibilẽ nõ creabit: sed acumẽ eius aqua electa temperandum erit. Vinũ uero quale ꝓbauim⁹ isaach antiquoꝝ sentẽtia tiriacis magnis inquit esse persimile: quod (ut diximus) tempatum: habitudinem corpis frigidã calefacit: refrigerat calefactã: humefacit siccã: humidiorẽ uero desiccat: atq; (ut galenus ait) naturalẽ humorẽ recreat: calorẽ fouet: utrũq; contemperat. Miscere uero uinũ eiusmodi magis necessariũ est iuuenibus: minus senibus: frigidis uero senibus minime. frigida namq; duraq; senect⁹ (ut inqt plato) ita mero feruet: atq; mollit: sicut uel igne ferrũ: uel aqua lupini: quod diximus p uinum opposita fieri: atq; dessidentia tẽperari. Scito etiã p glycirhizam fieri: sed debilius: fieri etiam per oleũ rosaceum: sed extrisecus. Hec ergo tibi familiaria sunto neq; diffidas quicqd: & qualitate tempatũ est: & uirtute potens posse reliqua tempare: sicut frigus alia frigefacere. Id in primis habere temperamento iouis: quo etiã saluberrima sunt. sed de his alibi disputandum.

¶ Dieta uictus medicina senum. Cap. viii.

QVi septimum iam septenarium impleuerunt quinquagesimum attingentes annum: cogitent uenerem quidem significare iuuenes: saturnũ uero senes: atq; has apud astronomos stellas: inter se maxime oium inimicas existere. Rem ergo ueneream saturnii fugiãt: que iuuenibus etiam uite plurimum detrahit: non. n. natis consulit: sed nascituris: ipsasque etiã herbas statim producto semine

siccat. Pret erea frigus: aereꝗ nocturnũ letiferum sibi putẽt: atqꝫ eũ oĩno uictũ seruẽt: ex quo sanguinẽ plurimum sperent: spiritũque ꝗplurimum: ex uitellis uidelicet ouorum recẽtibus: uino aliquantũ quidẽ dulci: odorifero uero ꝗplurimum. Nam hic uitellus proprie cordis sanguinẽ: uinum precipue spiritũ recreat: carnibus electissimis oĩ: coctuqꝫ facillimis sũmati utãtur: dieta calidũ pariter: & humidum augente. Spiritum odoribus presertim uini assidue recreant: uigiliã & inediã: sitimque deuitent: laborẽ rursus corporis: atqꝫ animi: & solitudinẽ: & merorẽ. Musicã repetant si forte itermiserint: nunꝗ intermittendã ludos quosdam & mores: quoad decet: olim ãte acte pueritie reuocent: difficillimũ namque est (ut ita dixerim) reiuuenescere corpore: nisi ingenio prius repuerascas. Itaque in omni etiã etate magnopere cõducit ad uitã nõ nihil pueritie retinere: & oblectamẽta uaria semp aucupari: longũ uero ꝓfusumqꝫ risũ: minie: spũm namqꝫ nimis ad exteriora dilatat. Sed redeamus ad senes hi preterea si frigeãt: fomenta petant aromatica: et calida simul: atqꝫ humida: meminerint puerile non esse puerile illud auicẽne fomentum factum quidem a dauide: sed tardius forte factum. Fomentum seni mirificum medulla recẽtis adhuc calẽtis panis infuso maluatico uino cum puluere mente apposita stomacho: & sepe ad olfactũ adhibita. Nam & medulla eiusmodi etiam sola democrito iam iam expiraturo retinuit spiritum: quoad placuit fugitiuum. Preterea frictionibus utantur leuibus: seu quandoque lauachris nutrimentum prouocantibus ad extrema: nucleos ante omnia pineos: uidelicet ablutos: familiares habeant hoc enim nutrimentum medici ueteres senibus aptis

simum probauerunt. Calidũ.n.& humidũ est: & pin guet: et oẽm lenit aspitatẽ: atq; simul (qđ miꝝ est) dũ naturalẽ humorem auget: interea superfluum đsiccat putridũq; expurgat humorem. Sunt q nucleoꝝ eius modi drachmã unaꝫ quottidie post cibos exhibent se nibus comedendã: ego drachmã quoq; alterã ieiuno stomacho senibus exhiberem: uel recens calẽs auratũ pĩnucleatũ: componerẽq; quoq; electuariũ hoc pacto Sume amigdalaꝝ dulciũ mũdarum uncias quattuor tantundem eiusmodi nucleoꝝ pistacioꝝ duas: unam seminũ cucumeris unam nucum auellanaꝝ mundaꝝ contunde: coque una cum candidissimo sacharo: cui tamen addideris unã zinziberis recentis conditi dra chmam: croci dimidiam: musci tertiam: ambre tantũ dem: sachaꝝ aqua melisse: idest citrarie: rosarũq; fun dito: multa auri folia his adhibeto. Huius enim usu quottidiano uitam senes ualidiorem: lõgiorẽq; conse quentur: possunt & in mensa hoc accipere: & plurib⁹ horis ante mensam. Vtilius autem tunc erit: si quid albi: odoriqꝫ uini una cum confectiõe eiusmodi bibe rit: tẽporibus uero calidioribus sacharum rosaceum una cum auri foliis: & condite myrobalani uitam se nibus prorogabuut. Theriacã nemo dubitat ad idẽ humidis conuenire psonis: atqꝫ tpibus: de cuius usu satis in libro superiore dictum: nemo etiam negabit his prodesse admodum radices inule: beeniasqꝫ radi ces albas similiter: atqꝫ rubras: maxĩe uero recentes illam quidem pro nutrimento: has etiam pro aroma te: & oĩa simpliciter calida: humidaq; & aromatica si mul: & stiptica: simulqꝫ pinguia. Certum est senes ele cto glycirhizẽ succo familiariter uti debeř tradũt.n. glycirhizam esse humãi corporis calori pariter: & hu

i. liqritie

mori

mori persimilẽ: preterea uariis senum morbis opitula ri: lac quoque amygdalinũ: & amidus cibus familia ris esto: & sachaꝝ: atq; passule. Rasis triferam ex my robalanis indis: emblicis belliricis confectã: itẽ myro balanos indas conditas sacharo: non solũ ad retinen dam: sed ẽt ad retardãdã senectutẽ ualde ꝓbat. Aui cẽna laudat triferã myrobalanoꝝ maiorẽ atq; mino rẽ: rursus cõfectionẽ de sq̃ma ferri: maxie uero auri iu bet quotidie mãdere: myrobalanos p̃cipue chebulas rite conditas ad differenda senectutis incommoda.

¶ Nature aromatum et cordialium necessarie: et rur sum qualis senum uictus. Cap. ix.

Scito myrobalãis uarias iesse uirtutes. Vnã que mirabiliter superfluũ exiccat humorem unde caniciem ꝓhibet. Secundã que humo rem colligit naturalẽ: & a corruptiõe simul: & inflammatiõe tuetur: unde uitam producit in lon gum. Tertiam que stiptica: aromaticaq; potẽtia uir tutem: & spiritum naturalem: & aĩalem congregat: & fouet; & roborat. hinc aliquis uite lignum in para diso myrobalanum forte fuisse putabit. Simile quid dam ferme faciunt aurum: et argentum: corallus: spo diumque: et preciosi lapilli: quãuis pro aromatica uir tute facultatem afferãt illustrandi. Tu uero memẽto aromatica tũc maxie prodesse nobis ad uitam: ut su pra significauimus: quando cũ uigore quodam aro matico: humida sunt pariter: atq; calida lentoremq; pinguẽ habent cõmodum augumẽto: quales sunt in primis radices beenie albe similiter atq; rubentes: p̃ sertim recentes aut saltẽ quãdo cum uirtute quadam subtili odorifera: & acuta substantiam densã habe ant: & stipticam ualde proprietatem: qualis utique

compositio inter cordialia frigida: primum myroba-
lanis inesse uidetur & succino: deinde rosis: & succo:
semini citri. tertio sandalis: & coriandris: atque myr-
to: ceterisqꝫ similibus. Inter calida uero cordialia ze
doarie: ligno aloes: citri cortici: & gariophylis: nuci
muscate: maci: olibano: mastici: atqꝫ doronico: qualē
etiā saluie experimur inesse: tradunt ambrā: & muscū
stipticam habere uirtutem. Zinciber aūt ob quandā
eius humiditatē presertim recens: & cōditū senibus se
pe prodest. sed hoc & gariophylus ꝑpter caloris ue-
hementiā caute uidetur accipiendū. Zedoaria quoqꝫ
caute: tametsi tiriace similis iudicatur: & stipticam si
mul: atque pinguē naturā habet: senibus cōmodissi-
mā. Ambra ꝑpter calorem quasi tēperatū tuto ferme
sumitur: ac propter lentorem cum stiptica subtilitate
mixtum prerogatiuam habet ad uitam in membris:
& spiritibus confirmandā. Tū uero si ex ea fiat aqua
cutisqꝫ lauetur: digestionem quartam restituit: ac mor
bos eius defectu contingentes expellit. Aromatica ue
ro: que subtilem admodum substantiam habent
qualem cinnamomum: atque crocus: cordialibus fri-
gidis: et durioribus sunt miscenda. Nam aromatica si
tantum calida: subtiliaqꝫ sint: & sola sumantur: na-
turalem calorem nimis excitant: humoremque dissol
uunt. Necessaria tamen sunt tum frigidioribꝰ: & hu
midioribus epulis cōcoquendis: tum cordialibus du
ris ad precordia transferendis. Te namqꝫ latere nō de
bet: humorem ipsum uite necessarium primas in corde
sedes habere: & arteriis: uenisqꝫ eiusdem: quod isaac
perspicue docet atqꝫ (ut auicenna probat) hic humor
naturali ceterorum membrorum humore frequenter
irrigatur: atqꝫ fouetur. Quapropter cauendum est:
ne

ne mēbri ullius humor casu quopiam arefiat: multo
q; magis: ne precordiorum humor comminuatur. At
que ut nutrimenta: ul' fomenta: et cordialia omnia p
angustos meatus ad precordia latissime perferantur:
his insere crocum: ut uero sistantur: ibi myrobalanos
adhibe. Vt autem consequaris utrunq;: accipe inter
calida muscum: atque ambram: inter frigida rosas at
q; myrtum. Memento dulce maratrum senibus pro
futurum: nam & nutrimentum per membra diffun-
dit: & qua facultate lac: eadem humorem auget natu
ralem: unde dioscorides maratro serpentes ait annu-
am exuere senectutem. Probamus & saluiam: hec enī
nature uirtutem temperate calefacit & firmat: para-
lysim propulsat. Probamus & moderatum oditi zin
ziberis usum: habet enim cum calore pinguedinem.

¶ De auro: & aureis alimentis: & recreatione se-
num. Cap. x.


Vrum omnes ante omnia probant: tan-
quam omnium rerum temperatissimum: &
a corruptione tutissimum. Soli quidem pro
pter splendorem: ioui autem propter tempe
rantiam consecratum: ideoq; posse calorem natura-
lem cum hūore mirifice tēperare: hūores a corruptiōe
seruare: solarem et iouialē spiritibus et mēbris inferre
uirtutem. Verꝫ tamē optāt durissimā auri substantiā
subtiliorē facere: penetratuq; facillimā: nouerūt enī
cordialia tunc maxime latentē cordis recreare uirtutē
quādo in eis attrahendis minime natura laborat. Vt
autem minime fatigetur: uel subtilissima iam effecta:
uel cū subtilissimis sūt exhibenda: optimū fore putāt
si absq; aliena pmixtiōe aurꝫ potabile fiat: sin minus
possit: cōtusū: & i folia redactū accipi uolunt. Aurū

ferme potabile habebis: ut dicã: collige flores boragi nis: buglosse: melisse: quã citrariã noiamus: et quãdo luna leonẽ subit: uel arietẽ: uel sagittariũ: aspicitq; so lẽ: aut iouẽ: coq; cũ cãdido sacharo: aqua rosacea liq facto: & ꝑ qualibet uncia isere diligẽter auri folia tri a ieiunus cũ uino quodã aureo sũe. Itẽ aquã ex capo ne distilantẽ foco: uel aliter cõsumpto una cũ iuleb su me rosaceo: ĩ quo auri folia quedã ante ɔtuderis. Pre terea in nitidissimã fontis aquã aurũ extingues igni tum: cũ eadẽ auri cõtundito folia: eadẽ uinum aureũ tẽperato: & una cum eiusmodi potu cõedito recentẽ oui uitellum: facile uero in tota corporis arbore serua bis humorem: si in radicibus conseruaueris. Accipe igitur gallinarum & pullorum eiusmodi: atq; caponũ cor: iecur: stomachum: testiculos: cerebellum: coque a qua modica: minimo sale. Cocta contunde ex tota carne: & toto iure: & sacharo addito recentis oui ui tello: fac placentam modico cinnamomo: crocoq; con ditam: & auratam. Hac uesceris esuriẽs semel saltem quarto quoque die: & tunc quidem sola: claro tamen ad potum addito uino.

De usu lactis: sãguinisq; hũani ꝑ uita sana. c.xi.



Epe post decimũ statuz: & nõnunq̃ post nonũ septenariũ arbor hũana arefacto paulati hũore tabescit. Tũc primũ hũa no iuueniliq; liquore irrigãda est hec ar bor hũana: quo reuirescat. Eliges ergo ꝑ uellã sanã: formosã: hilarẽ: tẽperatã & famelicus lac ei⁹ sugito crescente luna: statiq; cõedito maratri dulcis modicũ puluerẽ sacharo rite ɔfectũ. Sacharũ qdẽ lac in uẽtre cogi: uel putrefieri nõ ꝑmit tet: maratrũ uero cũ & subtile sit: & lactis amicũ di latabit

latabit ad membra: quos ectica senilis exedit: medici diligentes liquore hūani sanguinis: q arte sublimi di stilauit ad ignem reficere moliuntur. Quid ergo phi bet quo minus senio iam quasi confectos iterdū hoc etiam potu reficiamus. Cōmunis quedam est: & ue tus opinio: aniculas quasdā sagas: que & striges uul gari nomine nuncupantur: infantium sugere sangui nem: quo p uiribus iuuenescant. Cur non & nostri se nes: omni uidelicet auxilio destituti: sanguinem ado lescētis sugant: uolētis inquā adolescentis: sani: leti: temperati: cui sanguis quidem sit optimus: sed forte nimius. Sugent igitur more hirudinū ex brachii si nistri uena uix aperta: unciam unam: aut duas: mox uero sachari uini que tātundē sument: idq; esuriētes: & sitibūbi faciēt crescente luna. Si crudus egre cōcoq tur: coquatur prius una cum sacharo: uel ad aquam calidā moderate distillet sacharo mixtus: deide biba tur. Fouere quoque stomachum tunc sanguine suillo presens auxilium est: quē utique sāguinem e uena suil la fluentem spongia calente uino madefacta combi bat: & stomacho statī calens admoueatur. Galenus atque serapio morsum rabidi canis sanguinis canini potu curari dicunt: rationem uero illis assignare non placuit. Ego igitur biduum eam queritās: opior deni que saliuā canis rabidi uenenosā ipressam hois pedi leso p uenas paulatī ad cor ascēdere more ueneni: ni si qd iterea distrahat. Si igit̄ iterim canis alterius san guinē illū biberit: sāguis ille crudus ad multas horas natat in stomacho: euz denique uelut pegrinum deie cturo per aluum. Interea caninus sanguis iste saliuaz caninā superiora mēbra prehensantē prius q̄ ad pcor dia uēiat: deriuat ad stomachū: nā & i canino sangui

ne uirtus est ad saliuã canis attrahẽdã: & in saliua ui cissim uirtus ad similẽ sanguinem ꝓsequendũ. Venenum igit̃ a corde semotũ: sanguinique ibibitũ in alvuo natãti: una cũ sanguine ꝑ inferiora ꝺducit: hoĩnẽ que ita relinqt incolumẽ. Quorsũ hec: primo qdẽ: ut rei tã occulte succurrentẽ inter disserẽdũ causã apueri deide ut moneã sanguinem potari posse: & qdẽ salubriter. Atque in sanguie hũano uirtutez esse: que humanũ sanguinẽ attrahat: et mutuo ꝓsequat̃: ne forte diffidas iuuenilem sanguinẽ a sene bibitũ trahi ad uenas: mẽbraque posse: ibique ꝓdesse q̃ plurimum.

¶ Dieta: habitatio: cõsuetudo senũ. Cap. xii.

MEminisse decrepitos expedit: naturam debilem non esse nutrimẽtorũ pondere fatigandam: uel etiam epularũ diuersitate nimia distrahendã: nam & iuuẽilis etas hoc uitio fit cito senilis. Diuidant ergo mensas: nec tam multa naturam alimonia quam frequenti reficiant: interuallo tamẽ interi ad digestionẽ dato. Naz sepe etiam postq̃ stomachus ipse cõcoxerit: nisi & iecur quasi digesserit: sumere nutrimẽtũ: naturã distrahit: atq; fatigat: qua qdẽ lassitudie sepiꝰ frequẽtata: aduolat intẽpestiua senectꝰ. Senes hyeme uelut oues aprica petãt: estate uelut aues amena: riuosq; reuisãt: frequẽter inter uirentes uersent̃ plãtas: & suauiter redolẽtes: he nãqz uiuẽtes: spirãtesq; cõspirãt ad spũm hois augendum. Ad loca uero cõiter apibꝰ amica ꝯfugiãt mellaq; hyeme degustẽt: mel enĩ cibus est senibꝰ in primis amicus nisi ubi bilis timet̃ incendium. Amicus caseus recẽtissimꝰ: amici dactyli ficus: passule: cappares: dulcia pũica: zinziba: isopus: scabiosa: bectonica: sed pistacia multo magis. Pinei uero nuclei maxie omniũ: sicut di

ximus: ex quibus plurimum referent adiumentuz: si eos horas duodecim in aqua paulum calida teneant: priusq̃ edant: sic enim stomacho nõ nocebũt: ac pretea: si dum his utuntur: ẽt inter pineta: & oliueta: ui tesq; uersentur: aut saltem pini uaporem accipiant: & odorẽ. Itẽ gummi: lachrymeq; pini cum oleo: uel uino corpus sepe deliniant: ꝓbabile enim est: arbores lõga naturaliter uita dotatas: preserti si etiã hyeme uiresicãt: ad longã tibi uitã: umbra: uapore: nouo fructu: ligno: & tẽpestiuo quolibet usu ꝓdesse: de aialibus ãt lõgeuis supra diximus. Iaz uero ad idem tibi forte cõducet: si uiuas plurimũ penes eos: q sani: tibi sano natura sint similes: & amici: ac magis forsan: si paulo iuniores. Vtrum uero: & quomodo frequẽs adolescentum consuetudo parumper senium retardare ualeat pudicus socrates consulendus.

¶ Que adminicula senes a planetis accipiant ad omnia membra fouenda Cap. xiii.



Erũ consulite potius solliciti senes apollinem: q socratẽ grecorũ sapiẽtissimũ iudicauit. Cõsulite iouẽ insup: atq; uenerẽ: phebus ipse artis medicie ĩpertor nucẽ muscatã uobis fouẽdo stomacho dabit: iuppiter cũ phebo masticẽ: atq; mẽtã: uenus uero corallum. Fouendo rursum capiti phebus peoniã: thus: amaracum: & cũ saturno myrrã spicam nardi: macẽq; iuppiter: uenus deniq; dulce maratrũ: atq; myrtũ. Ad cor uero fouẽdũ accipietis a phebo qdẽ citrariã: crocũ: lignũ aloes: thus: ãbrã: muscũ doronicũ modicũ: garyofilũ: citri corticẽ: cinamomũ Ab ioue lilium: buglossam: ocimũ: & mẽtã: beeniasq; radices: & cãdidas pariter: & rubẽtes. A uẽere sola qdẽ

myrtū:& sandalū:atqz rosam : una cū saturno coriā
drū. Hec uos cōtūdite diligenter:& que stomachi sūt
cydonioꝝ oleo in formā ceroti cōficite : que uero capi
tis:oleo spice perfundite:ac illinite ceruicē:tēpora:frō
tem:que deniqz cordis:aureo uino spargite: aquaqz
rosacea:eaqz foris precordiis admouete. At iecur in
primis creando sanguini necessariū (nescio quomō)
pretermisimus : huic ergo semp eupatorio:& opobal
samo pheb⁹ opitulabitur:pistaceis iuppiter: atqz pas
sulis:uenus aūt hepatica:endiuia spodio:cicorea. Lie
ni tandem fouendo saturnus ille uester una cum ioue
capparim dabit uobis:scolopēdriā:tamariscū. Sicut
uesicā iuppiter cū uenere:pina glyrhiza:amido :cucu
meris seminibus:malua:althea:manna:cassia curat.
Saturnū uero uerendum pluribus : ne adeo uos fugi
te senes: hic enim quā peregrinus est iuuenibus : tam
uobis domesticus erit. Vt igitur totū ipse quoqz uo-
bis corpus uegetet pro uiribus:atqz cōfirmet:accipie-
tis nōnūq̄ ab eo regnante : pariterqz a phebo mumiā
simul:& anseris assi pulpā : hec anseris adipe modico
ōlinite :contundite diligenter. Myrobalanaꝝ chebu
larum atqz idarum melle cōcoqte:ambra:musco:cro
co cōdite:añ oīa uero hec uobis profutura confidite:
credentes medicinaꝝ ad uitam cōferentium uitam es
se fidem:qua speretis:& deum supplicantibus uobis
adspiraturum. Et res ab eo creatas : pferti celestes mi
rifica proculdubio ad augendam:uel cōseruandā ui-
tam habere potentiam. ¶ Cōfabulatio senum
sub uenere per uirentia prata. Cap.xiiii.



Ed a grauioribus his numinibus : ad uene
rem parumper uos p hortos: & prata senes
uirētia reuoco ad almam uenerem:uos oēs

aduoco:non ludentē qdem uobiscū:sed iocantē. Hec & uobis inq̄:et mihi iam seni primo quidē iocosū hoc fundit oraculū. Ego filii:si nescitis:uoluptate: motu- qꝫ uobis uitā dedi:ego igitur uoluptate quadā:mo- tuqꝫ: & si non simili:uobis seruabo uitā : eandē quo qꝫ seruabit libertate liber:uitissator:propagator uite. Liber ipse semper odit seruos : & quā uino promittit uitā solis liberis implet longam:mee quidē uite simul atqꝫ menti quondam profuit regnante saturno dimi nuta menta:placetqꝫ quotidie:uobis autē maior mē ta:menti:uiteqꝫ prodest:diminuta nocet:risū ex meis hortis legite:negligite ficū. Has uero uiolas qū carpi tis:carpere uos existimate lilia:prehendentes liliū : cō prehendere crocum. Crocum a phebo iuppiter ipse na ctus propagauit in lilium:lilium ego a ioue suscipiēs: in has:quas hic uidetis:uiolas transformaui: deniqꝫ rosa quidem uobis esto lucifer:hesperus uero myrtus Post oraculū nobis cogitandū mandat rerum uiridi- um naturā:quatenus uirent:non solum esse uiuā: sed etiam iuuenilem:humoreque prorsus salubri : & uiui do quodam spiritu redundantem. Quapropter odo rem:uisu:usu:habitatione frequenti: iuuenilem inde spiritū nobis influere:inter uirentia uero deambulan tes interim causam perquiremus. Ob quam color ui- ridis uisum pre ceteris foueat : salubriterqꝫ delectet. Inueniemus tandem naturam uisus esse lucidam : ac lucis amicam:uolatilem tamē: ac facile dissipabilem: Idcirco dū per lucē se dilatat: uelut amicam : interdū nimio lucis excessu rapi ꝓrsus: & uehementi dilatatio ne dissolui:tenebras aūt naturaliter uelut inimicas fu gere:ideoqꝫ radios in angustū inde retrahere. Optat uero uisus ita perfrui lumine : ut per amicū hoc suum

amplificetur quidē: nec tamē interim dissipetur: iā uero in quocunqꝫ calore plus admodū tenebrarꝶ: siue nigredinis est q̄ lucis: nō dilatatur: nec ideo delectat radius uisus ad uotū. Ubi uicissim plus admodū splē didi coloris est: q̄ nigri: spargitur latius: noxia quadam uoluptate distractus. Quamobrem color uiridis maxime omniū nigrū cum cādido temperans: prestat utrūqꝫ: delectans pariter: atqꝫ conseruans: & molli insuper: & adhuc tenera qualitate: sicut & aqua radiis oculorum absqꝫ offensione resistit: ne abeuntes lō gius disperdantur. Que enim dura sunt simul: & aspera: frangunt quodāmodo radios: que uero rarissima sunt: dissolutioni aditū patefaciunt: sed que soliditatem aliquā habēt: lenēqꝫ simul equalitatem sicut specularia corpora: nec ipsa qdem frangunt: neqꝫ lōgius disperdi pmittunt. Que deniqꝫ preter hec beneficia: tenera quoqꝫ sunt: & mollia: sicut aqua: resqꝫ uirides liqdis oculorꝶ radiis mollitia blandiunt. Deniqꝫ uisus radius quidā est i quadā oculorꝶ aqua naturaliter nobis accensus ac temperatum lumē in aqua quodāmodo resistente reqrit. Itaqꝫ gaudet aqua: delectatur speculis aque similibus: uiridibus oblectatur: in qbus sane uiridibus solis lumē insitū adhuc uernū secū habet hūorem: aquāqꝫ subtilē occulto quodā lumie plenam ex quo fit etiam: ut color uiridis cū tenuatur: i croceū resoluatur. Quorsum hec? ut intelligamus frequentem uiridiū usum: siquidem uisus spiritū recreat: q in animali spiritu quodāmodo precipuus est: animalem quoqꝫ reficere. Atqꝫ etiā meminerimus: si color uiridis: quia inter colorum gradus medius: atqꝫ tēperatissimus est: tantū aniali spiritu prodest: multo magis que per qualitates temperatissima sūt: naturalē: & uitalem

talem ſpiritum iuuatura: atq; admodū profutura nobis ad uitā. Nihil in mundo tempatius eſt q̄ celum: nihil ſub celo ferme tēperatius eſt q̄ corpus humanum nihil in hoc corpore tēperatius eſt q̄ ſpūs. Per res igitur tēperatas uita pmanens in ſpiritu recreatur: ſpiritus per temperata celeſtibus cōformatur. Deniqȝ diſcamus ex temperie uiridis: que illuminando eque cōgregat anialem ſpiritū: atqȝ dilatat: ideoqȝ maxime iuuat. Nos quoqȝ in cordialibus eligendis: cōponendis: utendis: aromatica: ſubtilia: & acuta: que ſpūm extēdere: uel ēt illumiare ſolent: qđ facit crocus: atqȝ cinamomū: cum aromaticis ſemp ſtipticis cōgregantibuſqȝ: ceu myrobalanis: & ſimilibus cōmiſcere: atqȝ uiciſſim. Neqȝ pretermittere: que abſqȝ acumie ēt aromatico ſimul utrūqȝ cōficiunt: aliq̄tum uidelicet dilatant: atq; admodū ɔgregant: multūq; illumināt que & alias narrauimus: qđ efficit auꝶ: argentū: ſpodion: corallꝰ electrū: ſericū: pretioſi lapilli: inter quos iacynthus: uel ore detentus ob iouialē tēperiem plurimum cōprobatur. Cum eni ſub terra nequeant ſpetioſiſſima: & quaſi celeſtia ꝓcreari abſq; ſummo quodā beneficio celi: probabile eſt rebus eiuſmodi mirificas celitus ineſſe uirtutes. Cōpoſitio uero eiuſmodi: que dilatando: & illuminando ſpiritū eque cōgregat ita delectat eum intrinſecus atq; recreat: ſicut foris uiriditas oculos atq; ipſum etiam apud ſenes in naturali quadā uiriditate diutiſſime ſeruat quaſi lauꝶ: oliuā: pinū: etiam hyeme uirentem. Tantoq; magis id efficit: quo efficit: & interius: atq; maxime: ſi compoſitio talis aromatico flagret odore: alliciatq; ſapor: ꝑfecto ſicut corpus ex craſſioribuſ humoꝶ partibus cōpoſitum in quintā redigitur formā: ita ſpūs ex ſubti-

lissimis eorundē portionibus cōstitutus formā habet quantam naturaliter temperatissimā: atq3 lucidā: ideoque celestem. Atq3 in hac ipsa forma conseruandus est: ut subtilis quidem sit: & interea firmus: sicut diximus: sit oīno lucidus: sed ēt quodāmodo solidus. Ac p̄terea rebus odoriferis firmis lucidis assidue foueat̄ si uitam cupimus cōseruare: que uiget in spū: & uēdicare nobis celestia dona. Hec hactenus iussu ueneris contemplati: uenerem ipsam audiuisse putemus.

¶ Mercurius alloqtur senes: & consulit eis circa uoluptatem: odores: cantus: medicinas. Cap. xv.



Nterea dū inter senes: ipsa quasi uenus cōfabulareṫ forte quidē hactenus satis belle deinceps uero p̄lixius forsan fabulatura foret. Sermonē hunc his mercurius uocibus sermonū auctor īterpellat. Quid nā uobis est cum uenere istac semper puella sene: qd rursum ueneri cū sermōibus: nōne mei simul: atq3 uestri sunt sermōes: mea rō pariter: atq3 ur̄a. Audite me igitur eadē nūc attentione: qua illā: & multo maiore insuper attētione q̄ uenerē. Quinq3 scitis esse sensus: uisum: auditū: olfatū: gustū tactum esse rursum quinque (ut ita dixerim) discite rōnes. Dum. n. per quinq3 sensus quotidie imbuiṫ uobis aius: rōnesque inde rerꝫ ipse cōcipit: īterea notiōes: habitusq3 ad res iudicādas quinq3: tanq̄ rōnes quinq3 resultant. Preterea sicut quinq3 hinc quidē sunt sensus: inde uero quodāmodo rōnes ita uite tenor quinque gradibus circa sensum rationēq3 disponitur. Vnde quinque numeranṫ etates: prima quidem sensu tantum trahitur: secunda sensu magis ad modum allicitur: q̄ ratione ducatur. tertia post hec alterius pariter rationis: & sensus p̄suasionibus agitur

quarta ratione potius q̄ sensu ducit. quinta tandem ratione tantū regi debet. Prima igitur etas: atq3 secū da tanq̄ subiecta ueneri uenerem (si placet) loquen tem audiat: relique uero mercurium. Ego igitur reli quos uos oēs alloquor: non pro me quidem tantum: sed pro diana etiam hac: quā ad sinistrā meā cernitis. Nempe cū hec elinguis sit: ego uero bilinguis: iure p hac ipsa: cuius ego linguā habeo: loquor. Vnam pfe cto noxiā: que uenus uobis ididit uoluptatē: qua no ceret quidem uobis pdesset uero futuris: exhauriens paulatim uos per latentē quandā quasi fistulā: aliud q3 uestris liquoribus implens: atq3 procreās: uos tan dem quasi uetustum quoddā spoliū cicadarū iam ex haustū humi relinq̄ns: cicade interim teneriori pspici ens. Nō ne uidetis: qd uenus de materia ur̄a generat esse recens quoddā: et uiuū sēsuque preditū: surripit ergo uobis iuuentutē: & uitam atq3 sensum: ex toto (inquam) corpe per totius uoluptatem: ut efficiat in de totum. Ego interim materie illius: que quarte di gestioni supest: qualitate monitus: uos cōmoneo: ali mēta similiter quarta digestiōe cocta plurimū uite ue stre succurrere ouū recens uidelicet integrū: et sorbile una cum sacharo: exiguoq3 croco. Lac humanū: uel suillum: uel caprinū cum pauculo melle sumptū: atq3 hec duo tunc salubriora sunt: q̄n natiuo adhuc calo re flagrant: et si ouum aliā mox cocturā desiderare ui detur: preserti in stomacho minus ualido: sed leuiter est coquendum Verum: ut parūper ad uenerem redea mus: si q̄n uidistis uenerē: iuuēilem admodū uidistis: et q̄si meretriciis fucis et ornatib9 expolitā. Hec ergo que noua semper est: noua semp affectat: odit uetera facta destruit: unde construat facienda. Hec rursum:

si dictu fas est: quasi meretrix non uno quouis est cõtenta uiro: uulgus amat: et (ut dialectice loquar) speciei passim potius: q̃ indiuiduo suffragat̃: iã uero neq̃ tactu tantũ uos precipitat: sed etiã gustu fallit quotidie perditq̃z deceptos. Quos. n. uos in rebus sapores percipitis mediocri quadã tẽpie gratos: hos diana hec apollinis iouisque munere tradidit. Illecebras uero saporꝶ miras: qbus quotidie uelut hamo capti clã miseri uitam pditis: uenus insidiosa fabricat. Quid igitur martẽ icusatis: quid saturnũ? mars quidẽ raro admodũ uobis: palamque nocet: saturnus quoq̃z sepius uultu se ꝓfitetur hostem: nocet tardius: tẽpusq̃ remediis nulli negat: sola uenus palã ut amica uenit: clam inimica uenit. Hãc igitur incusate potius: si quẽ inter superos incusare licet: ad multiplices huius insidias: tum oculis argiuos ipsos instruite: tum palladis clypeo uos munite. Aures aũt ad blandas pollicitatiões eius: tanq̃ ad letales syrenũ cãtus obstruite: hũc deniq̃ ꝓuidentie florẽ a me accipite: quo circes huius beneficia deuitetis. Hec uobis duas uix tandẽ & has quidẽ letiferas pollicet̃ uoluptates potius q̃ largitur ego uero beneficio patris: atq̃ fratris qnq̃ ꝓmitto uobis: quinq̃ presto: puras: ꝑpetuas: salutares: quarum infima est in olfactu supior in auditu: sublimior in aspectu: eminentior in imaginatione: in rõne excelsior: atq̃ diuinior. Quo maior delectatio tãgendo percipitur: atq̃ gustando: eo uite grauius frequenter accidit detrimentum: contra uero quanto maiorem in olfactu uoluptatem: & auditu: atq̃ uisu: item imaginatione: & sepe rõne quotidie reportatis: tanto fila uite longiora ꝓducitis. Verum sicut in blandimentis tangendi: atq̃z gustandi cauendam uobis subdolam ad

monui

monui uenerem: sic in ipsa secretiore: nimisq; assidua contemplatiue mentis delectatiōe: cauete saturnum. illic enim frequēter filios ipse suos deuorat. Nā quos sublimiorū contemplationum suarum rapit illecebris & illic agnoscit ut suos: hos interim: si modo diutius gradum ibi sistant: falce quadā e terris amputat: terrenamque incautis uitā sepe surripit. Hoc saltē uenere interim indulgentior: qđ uenus quidē uitam: quā tibi detrahit: donat alteri: nihil tibi pro detrimento restituens. Saturnus aūt pro uita terrena: a qua separatus ipse: te dēique sepat: celestē uitam reddit: atque sempiternā. Hoc ipso similes esse uidentur inter se uenus: atq; saturnus: qui sane q̄ aquario gaudet: tā regnat in libra: ꝙ homines & hic & illa generandi libidie uexat: nocetque uexatis: ut inde posteritati prosit Sed hec quidē fecundat corpus: stimulatque fecundū ille mentem suo semine grauidā urget ad partū. Vos igitur prouerbii memores: ne quid nimis: assiduis prudentie frenis parturientis utriusq; libidinē cohibete: tametsi multo citius: grauiusq; ille ledit: quos tedio: torpore: merore: curis: superstitione premit: q̄ quos supra uires corporis: moresq; mortaliū eleuat ad excelsa. Omnino uero seruate (moneo) qđ equus iuppiter pythagorā docuit: et platōem: humanā uitā i quadam equali anime ipsius cum corpe ꝓportione seruari: utrunq; suis quibusdā alimentis: & exercitationibus ali: ac similiter augeri. Si quis alterutrū educatione precipue sua multo robustius altero tandem efficit: non mediocrem facit uite iacturā. Propterea quicunque inter res medicorum arte laudatas potissimum eas eligit: que corpori simul & ingenio prosunt maximum uite sibi uendicat adiumentum. In earum

uero numero uinũ: mētã: myrobalanũ: muscum: ambram: zinziber recens: thus: aloē: iacynthũ: similesq́ lapillos: herbasue cõsimiles esse putate: et que ad utriusq3 utilitatē a medicis pariter componunt. sed longioribus his qñq3 interceptis ambagibus: ego quoq3 medicus huc accessi. Si sapores ex rebus accepti nõ ultra uiuētibus: item odores ex aromatis iã siccis: uitaq3 uacuis: multũ ad uitã conferre censent. Quidnã dubitatis odores ex plãtis radicibus adhuc suis herētibus: uiuētibusque mirũ imodũ uite uires accumulaturos. Denique si uapores exhalãtes ex uita dũtaxat uegetali magnopere uite uestre ꝓsunt: q̃ntũ ꝓfuturos existimatis cãtus: aereos quidē: spiritui prorsus aereo harmonicos harmonicho: calētes adhuc: uiuosq3 uiuo: sensu preditos sensuali: rõne conceptos rationali. Hanc ergo uobis a me fabricatã trado lyram: cãtum que cũ ipsa phebeum solamē laborũ: diuturne uite pignus. Sicut. n. res q̃litate tempatissime simulque aromatice: tum hũores inter se: tum spũm naturalem secum ipso contemperãt: sic odores eiusmodi uitalē spiritum: sic rursũ similes quoque concentus spũm animalem. Dum igit̃ fides in lyra: sonosq3: dũ tonos tēperatis in uoce: similiter spũm uestrum ĩtus ꝯtemperari putate. Ac ne ipse uenere sim auarior: que sine baccho friget: ab hoc ipso libero patre per me nectar hoc accipite. Qui precipue inter uos frigent temporibus similibus: bis septimo quoque die uncias uernacei: uel maluatici dulcis meri duas summant cum una panis uncia: tribus ante mensam horis: semel autem drachmã unã sublimis aque distillantis ex uino cũ iuleb rosacei semũcia. Quo qdē liquore illinire etiã cutem: & ad olfatum uti cõmodissime possunt: atq3 ut
post

Post eiusmodi nectar: ambrosiã quoq; uobis afteram insuper acceptã ab ioue largior medicinã. Quattuor myrobalanorum uncias accipite: chebularum tres rosacei: sachari cõditi: zinziberis: hyeme quidem unciam: estate uero semunciã: tria hec cũ emblicarũ melle concoquite suauiter: septemq; auri foliis exornate: ieiuni boluz ante prãdiũ quattuor horis accipite: anno saltẽ integro quottidie id assumite: ut inde uelut aquile renouetur uestra iuuẽtus. Hactenus q̃si mercurium locutum existimemus.

¶ Cõfirmatio superiorum: & quod deuitare debemus assiduam cogitationẽ: & coitũ. Cap. xvi.

Astrologi uenerem: & saturnum inimicos inuicem esse ferũt: cũ uero in celo: ubi oĩa amore mouẽtur: ubi defectus est nullus: odiũ esse nequeat: inimicos: idest effectu diuersos ĩterpretamur. Mittamus inpresentia reliqua: ecce nunc saturnus quidem nobis in centro: uenus autem in circumferentia posuit uoluptatem. Voluptas uero spirituum esca quedam est: igit̃ ex opposito uenus: atq; saturn⁹ spiritus nostri uolatũ aucupant̃: illa p uoluptatẽ suam allicit ad externa: hic interĩ p suã ad ĩtima reuocat: distrahũt itaq; spũm: si ferme eodẽ tempore moueãt: atq; dissipant. Quãobrẽ nihil cõtemplatori uel curioso pestilẽtius: q̃ uenereus act⁹: nihil uicissim hũc sectanti alienius q̃ cura: & cõtẽplatio eẽ potest: cõtẽplatorẽ uero physicum: religiosumq; eodẽ in gradu cõnumeramus: & gradu simili quẽlibet ĩ negotiis suis ualde cogitabundũ: grauibusq; curis obnoxium. Hinc rursus efficitur: ut si quem saturnia uel contemplatione nimium occupatum: uel cura pressum: leuare iterim: & aliter cõsolari uelimus: p uenereos actus

ludos:iocos:id tentantes tanq̄ per remedia longe di-
stantia: frustra atq; etiam cum iactura conemur: atq;
uicissim si quē uenereo uel ope perditū uel ludo:ioco
q; solutum moderari uelimus:per saturniā seueritatē
emendare nō facile ualeamus. Optima uero disciplia
est per quedam phebi:iouisq;:qui inter saturnū:uene
remq; sunt medii studia:similiaq; remedia hoies ad
alterutrum declinātes:ad mediū reuocare. Sed ut tā
dez simus medici:sicut flāma duobus cōmuniter mo
dis uiolentis extinguit̄:aut uelut difflata uentis:aut
contra quasi compressa cineribus: sic spūm uel celeri
ter effectu uenereo dissipam⁹:uel sensim saturnio suf
focamus: ac sepe exprimimus cōprimendo pariterq;
resoluimus. Spiritus utiq; freq̄nter ad extima uolās.
intima reddit uel uacua:uel aliena uite:sed adītima
sepe coactus cetera circū mēbra p̄stat uite minus ido-
nea. Citam igit̄ senectutem tū uenus in interioribus
nostris:tū saturnus exteriorib⁹ infert:uenus q̄dem p̄
cipue: ubi ex quouis eius motu facile corpus debilita
tur:atq; labascit:saturnus quoq; potissimum: qn̄ ex
quocunq; contēplationis officio:uel cure labore inge
nii corporisq; uires labefactantur. Et si:uel qui ad cō
templationem:uel qui ad libidinem natus est plerun
q; ad suum uterq; officium est natura fortissimus: na
tura.n.sepe coniungit cum uoluptate simul: & facilli
tate potentiā:unusquisq; igitur se cognoscat: suiq; ip
sius moderator:ac medicus esto. Coitū q̄dem freq̄n-
taturi ceteros cōsulāt:ego uero exercitans ingenium
libro etiam sup̄iore cōsului. Deniq; omni dieta oībus
remediis uti debent:q̄bus mēbra:sp̄ūs:sensus: inge-
nium:memoria cōfirment̄:cogitatiōes per interualla
repetere: nec expectare uel minimū ex cogitatione la
borem.

borem. Maxime uero cum primũ canescunt: q̃uis nõ
nulli sint: qui non tam debilitate nature: uidelicet ad
huc iuuenes canos emittũt: q̃ uel egritudine: uel egro
tatione aliqua p̃cedente: aut etiã parentũ similitudi-
ne: quibus scilicet iam canescẽtibus fuerint generati.

¶ De medicinis senum: & de habitatione iterum: at
que dieta. Cap. xvii.



Aldeorum regula est forte ꝓbãda: ad iuuẽ
tutem recuperãdã: peregrinos humores im
bibitos corpi expurgare gradatim: tũ inte
riores: competentibus medicinis: tũ exterio
res frictionibus: & lauachris: ꝓuocationibusq; sudo
ris: intereaq; salubribus: duraturisq; alimentis paula
tim corpus iplere. Sunt aũt q trociscis q̃busdã ex ui
pera factis: uel elleboro p̃parato ꝓmittunt humores
oẽs ueteres: putridosq; ꝓrsus educere. Quibus expur
gatis: & humore rursum saluberrimo: alimentis salu
taribus recreato: restituere iuuẽtutẽ: & qui cautiores
sunt: elleboro gallinas pascunt: hoĩem uero gallinis
eiusmodi uero curationem tanq̃ periculosam in iuuẽ
tute arbitror potius: quam in senectute tentandam.
Ne forte iuuentutem illam a medea pelie seni promis
sam experiamur: nam & iuuenes medicinis exquisite
purgantibus cito senescere hyppocrates asserit: sed
ubi dieta non sufficit clystere: uel manna: uel aloe: pre
sertim lota securus uteris. Si tibi sit aluus astrictior:
mãna cum iure caponis myrrobalanique uirtute: sin
minus hac te iuuenem etiam in senectute purgatione
seruabis. Summe unciam lote aloes unam: myrroba
lanoꝝ emblicaꝝ drachmas duas: chebulaꝝ quoq; tã
tũdem: duas item rosarum purpureaꝝ: masticis quo
q; tantundẽ maluatico uino confice pilulas: q̃n luna

feliciter collocata: propitio fruitur iouis aspectu: prefertim si domicilia fixa possederit: uel ipsa: uel iuppiter hec enim ad diuturnitatē uite magnopere conferūt. Potes etiā utiliter reubarbarum hic cū aloe componere: scilicet dimidiam aloes partem: dimidiam reubarbari: & qu_ties opus fuerit: unā mane sumere pillulam: ad tres usque: uel quinq;: modicūq; insup unuz bibere. Vbi uero pituitā magis times: potes commode in his pillulis trociscorum: agarici tertiā partē accipere una cum tertiis aloes duabus: dimisso reubarbaro. Sed primam illam ego iam multis annis pillularū cōpositionem omni etati experior esse tutissimā. Eadem hora confectionem eiusmodi facito: sume myrobalanorum: emblicarum: bellericaruz indarū: chebularū unciam uniuscuiusq; unam: cinnamomi uero duas: unam quoq; doronici: rosarum purpurearū unaz sandalorum rubeorum duas: unā croci drachmā: tertiam drachme partem musci: ambre tātundem candidum post hec cum aqua rosacea: succoque citri fundito sacharum: coq;: fac bolos: auroque iuolue. Hoc ante prandium quattuor horis sumētes: atq; dantes utiliter experti sumus ad uirtutem corroborandā ad illustrandū spiritum: atque firmandum. Maxie uero proderit: si paulum quid insuper uini aurei biberis: ꝓderit & sepe calefactum panem aureo mero: & rosacea aqua perfundere: & modico insup cinnamomo: sacharoq; uberiore cōdire. Frequenter etiam duo hec cū lacte amygdalino: & modico pāe miscere: nā eiusmodi mixtiones naturam referunt iouialē: preter oia que in superioribus explicauimus: uel saltem significauimus: ab his omnes urbani diligenter cauere debent estu: gelu quolibet: uel post calorem frigore: uel

nocturno

nocturno. Nebulis: uentis: uel ex palude flātibus: uel irrumpentibus ex angustis locis: item ubi aer: uel mouetur uiolētius: uel nullo modo mouetur: habitatione quāuis humidiore: fetore: torpore: merore: diligentius autem mercurii sectatores: diligentissime senes. Qui preterea postquam mane corpus totum leuiter ꝑfricuerint: delinient ipsum aduersum aeris: & laboris incommoda calente oleo: uel uino quopiam subamaro: cui prius infuderint myrrhā: & rosam: atq; myrtum. Saluiam frequenter ore ferant: neruis: ac dentibus amicissimā: & quando dentium uitio: liquida uelut infantes alimenta repetere cōpellūtur: mollissima caueant: lac quidem uino referant moderato. Vtant̄ igne duntaxat: ut medicia: quātū uidelicet expellēdi frigoris: et suscitandi caloris īnati necessitas postulat alioqn tanq̄ edace hūorem naturalē exsiccaturo. Solem uero: quo ad delectat: sequant̄ ut alimentum: distillatione uitata: & estu similiter declinato. Faciles qdem motus diligant: excitando calori admodū necessarios: labores autē corporis oderint: & multo magis animi: nec minus lōgā sitim: & inediam: atq; uigiliā.

¶ De nutrimento spiritus: & conseruatione uite per odores. Capitulum. xviii.



Egimus in calidis quibusdam regionibus: ac plurimo passim odore flagrantibus: multos gracili corpore et imbecillo stomacho quasi solis odorib⁹ ali. Forte quoniam ipsa natura loci: tum herbarū & frugum: atque pomorum succos ferme totos redigit in odores: tum corporum humanorum humores illic resoluit in spiritum. Cum igitur uterque: uidelicet odor: & spiritus sit uapor quidam: & simile simili

nutriatꝛ:nimirũ: & spiritalis homo plurimũ ab odo
ribus accipit alimentũ. Nutrimentum uero: qualecũ
que id sit per odores: siue fomentũ: aprime senibus &
gracilibus necessariũ est: quo defectũ alimenti solidio
ris: atque ueri oris: ut cunq; compensare possimus: am
bigere tamen nonnulli solent: utrũ spiritus odoribus
nutriatꝛ. Ego autem opinor solis forsan ita nutriri: ut
nisi alimenta: que crassa sunt: digestiōe tandē in ua-
pores extenuentur: spiritus ipse: quem diximus uapo
rem esse: nullum illinc suscipiat nutrimentum: itaque
uinum odore plenum spiritum subito recreat: quē ce
tera uix tandem reficere possunt. Vaporem uero illũ
in quem cibi cocti denique transferuntur: ideo appel
lamus odorem: quoniam: & odor ubique uapor qui
dam est: & hic tractus intus ex alimentis uapor: nisi
spiritui quodam odore placeat: uix ullum spiritui ex
hibet alimentum. Quamobrem auicennam nostrum
ualde probamus dicentem: corpus quidem dulcedi-
ne: spiritum uero quadam: (ut eius uerbis utar) aro
maticitate nutriri. Quoniam crassitudo corporis nō
nisi crassa natura: qualis est in dulcedine: coalescere
ualeat: tenuitas uero spiritus non alio quā fumo quo
dam: atque uapore: in quo aromaticitas ipsa uiget:
refici possit: aromaticam uero qualitatē dicimus odo
ram: & acutam: & quodammodo stipticam. Proinde
quoniam iecur quidem corpori ꝑ sanguinem alimen
tum p̄stat: dulcedine plurimũ augetur: cor autē quia
& creat spiritũ: & spiritui procreat alimentũ: merito
desiderat aromatica. Expedit tamē & aromatica ꝓ
corde condiri dulcedine: & dulcia pro iecore aroma-
ticis commisceri: dulcedinemque interea nimiam eui
tare. Quia plura ꝰ galenus ipse secutus hippocratem
spiritum

ſpiritum non ſolum odore putat nutriri: ſed aere: aere inquam non ſimplici: ſed potius opportũe permixto. Quibus quidem ſi fidem habebimus: nec alimentorum: nec rei ullius delectum magis ad uitam neceſſarium: quam aeris nobis accommodati eſſe cenſebimus. Aer enim & inferiorum & celeſtium qualitatibus facillime: ſemperque affectus: & imenia (ut ita dixerim) amplitudine circumfuſus: perpetuoque motu: nos undique penetrans: ad ſuam nos mirabiliter redigit qualitatem: preſertim ſpiritum: precipue uitalem in corde uigentem: in cuius penetralia: tum aſſidue influit: tum repente. Sic protinus afficiens ſpiritum: ut eſt affectus: perque ſpiritum uitalẽ: qui & materia: & origo eſt ſpũs anialis pariter afficiens animalem. Cuius quidem qualitas maximi momenti eſt ingenioſis eiuſmodi ſpiritu plurimum laborantibus: itaque ad nullos potius quam ad eos attinet puri: luminoſique aeris: odorumque delectus atq; muſice. Hec enim tria ſpiritus animalis fomenta precipua iudicantur: potiſſimus uero ad uitam eſt aer electus: nam octauo menſe nati in egypto plurimi uiuunt: & nonnulli in plagis grecie temperatis: ſaluberrimi aeris beneficio: quod ariſtoteles narrat: & auicenna confirmat. Sed profecto ſicut corpus ex uariis compoſitum: uariis (quamuis non eadem mẽſa) nutriendum eſt alimentis: ita ſpiritus ſimiliter cõpoſitus uarietate quadam aeris ſemper electi oblectandus eſt: atque fouendus. Simili quoque electorum odorum uarietate quottidie recreãdus: nam aer & odor quaſi ſpiritus quidam eſſe uidentur. Iam uero alexander: & nicolaus peripatetici una cum galeno concludunt ſpiritum uitalem: & animalem ideo

nutriri: tum odore: tum aere: quoniam uterque mix‑
tus est: atque conformis: & utrumque haustum in pre
cordia penetrare: ubi coqui: temperarique ad uitam:
perque arterias diffundi. Vbi uterque coctus ite‑
rum nutrit spiritum (ut aiunt) utrunque precipue
animalem. Aiunt etiam spiritum aerem non solum re
frigerando calori prodesse: sed etiam nutriendo: nam
& animalia etiam ualde frigida spirant. Addunt ae‑
rem crassiorem spiritui naturali tanquam magis cor
poreo conuenire: subtilem uero purum: lucidum: spiri
tui potius uitali: potissimum animali. Neq; mirum ui
deri debet spiritum adeo tenue: rebus quoq; tenuib?
ali: siqdem & pisciculi multi aqua nitidissima nutriũ
tur: & ocimum in aqua simili uiuit: crescit: floret: re‑
dolet. Mitto qbus elementis chameleontẽ: & salamã
dram nutriri nonnulli ferant: redeamus ad nostra: in
terest certe q̃ plurimum: qualem spiremus aerẽ: quales
hauriamus odores. Talis enĩ & spiritus in nobis eua
dit: eatenus uero nos anima per uitam uegetat: quate
nus spiritus armoniã seruat cum anima concinentẽ.
Spiritus quidem nobis primus uiuit: & maxime: &
quasi uiuit solus: non ne repẽtino quodam sepe casu:
uel effectu: uita: sensus: motus subito membra d̃serũt
Regresso uidelicet ad cordis penetralia spiritu: & se‑
pe statim reuertuntur ad mẽbra: per frictiones & odo
res illuc spiritu redeunte. quasi uita in ipso spiritu: ui
delicet re uolatili potius insit q̃ humoribus: aut mem
bris: alioquin propter hoꝝ crassam tenacitatem tardi
us admodum accederet uita membris: atq; recederet.
Quicunq; igitur uitam in corpore producere cupitis:
spiritum in primis excolite: hunc augete nutrimentis
sanguinem augentibus: temperatũ uidelicet: atq; cla
rum

rum :hũc aere ſemper electo fouete:hunc quotidie ſu auibus odoribus alite:hunc ſonis : & cantibus oble⸗ ctate. Sed interea odores cauete calidiores:frigidio⸗ res fugite:capeſſite temperatos:frigidoſ calidis:ſiccoſ humidis temperate. Odorem uero omnem:quia parſ corporis ſubtiliſſima eſt:ſcitote non nihil habere calo ris:atq; ex rebus : que ipſe nutriunt : odores ſeparate potius nutrituros:ut ex aromatico pyro : pomoq; pſi co:ſimiliq; pomo:magis antecedēte pane calente:ma xime carnibus aſſis:q̃ maxime uino. Atq; ſicut ſapor: qui mirifice placet:plurimi: uelociſque nutrimenti ca uſa eſt:uel occaſio corpori : ſic odorem ad ſpiritum ſe habere putate . Commemorare uobis iterum placet democritum iam iam expiraturũ: ut obſequeret̃ ami cis:ſpiritũ ad quatriduũ uſq; olfactu calentiũ panuꝫ retinuiſſe:ulterius ēt ſi modo placuiſſet ipſũm ſeruatu rũ:ſunt & q dicunt:id mellis odore feciſſe. Ego:ſi mo do uſus eſt melle : exiſtimo illũ mel uino liquefactum albo. calētibus panibus infudiſſe: neq; eni ſpnendus eſt mellis odor. Flos nãq; floꝝ mel exiſtit:nec paꝝ nu trit ipſa dulcedine:ac diu qualitate ſua res integras a putrefactiõe tuetur. Itaq; ſi quis nouerit hoc ēt ad ci bum ita ueſci:ut nec dulcedine nimia meatus oppleat nec quodã calore bilē talr̃ exaugeat:certũ habebit lõ gioris uite ſubſidiũ:ſaltē igitur cõdimentum hoc fri gidis: & humidis adhibete. Verum:ut uos reuocē ad odores:ubicũq; ſuffocationē cõpreſſionēq; ſpirituum nimiã extimeſcitis:qd meror frequens:torporq; ꝑten dit:odores circũfuſos amate. Vbi uero fugam exhalã tiũ ſpirituũ expaueſcitis : odores potius īfuſos nutri mentis accipite: & ſi qd odoꝝ preterea foris ſumitis: uelut clypeũ coſtis dũtaxat admouete ſiniſtris. Nõ ne

uidetis q̃ repente surſũ: uel deorſum ad odores ſe ma
trix ipſa p̃cipitet? q̃ uelociter ad os: ad nares ſpiritus
aduolet: ſuauis odoris eſca pellectus? Vbi igitur ſpũſ
uel exiguus: uel fugaciſſimus eſſe deprehendit: qđ pu
ſillanimitas ſepe declarat: corporiſq; đbilitas: uel par
ua de cauſa multa ɔtingens: odoribus nõ tã extrinſe
cus obiectis: q̃ intrinſecus iniectis allicite: imo potius
paſcite: retiete: odorẽ uero uini ante oẽs eligite. Mul
tũ nanq; nutrit ſpũm odor exhalanſ ex natura tũ plu
rimũ & uelociter nutriente corpus: tũ uoluptate ſẽſũ
afficiente. Tale uero uinũ eſt pre ceteris calidũ: humi
dũ: & odoꝝ: atq; claꝝ: tale ẽt ſachaꝝ eſſe dicerẽ: ſi ſu
mat odorẽ. Cinãomũ quoq; ſimile: & doronicũ: ani-
ſumq;: & dulce marathꝝ: ſi acumini ſuo ad exiguã dul
cedinem adderent ampliorem: ſed quam temperiem
natura nõ fecit: uobis ipſi cõficite. Et quotiens diſtra
ctionẽ ſpirituũ formidatiſ: calidioribus: acutioribuſ
q;: & ſubtiliſſimis adhibete: que cohibere parũ p uo-
latũ ſpũs: ac ſiſtere ualeãt: ceu croco gariophylis: cina
momo: aduſtũ panẽ: roſaceã aquã: acetũq;: roſaceũ:
roſã: myrtũ: uiolã: ſandalũ coriandꝝ: cydoniũ pomũ
atq; citꝝ. Horreo uero cãphorã: ubi cõtra caniciẽ eſt
agendũ: recentẽ uero ſemp mẽtã diligo mẽti ẽt ſaluta
rem: ſpũiq; tutiſſimã. Deniq; mementote res oẽs uene
no cõtrarias eſſe uite admodũ ſalutares: nõ guſtu tã
tũ: ſed ẽt odoratu: maxĩe thiriacã: has uero ĩ libro cõ
tra peſtilentiã enarrauimus: narrabimus & ĩ libro ſe-
quẽti. Inter eas aũt: ne qđ uos lateat: numeramus &
uinũ: nã ſicut hõi uenenũ ẽ cicuta: ita cicute uinũ: nõ
ſimul qdẽ: ſed paulo poſt ebibitũ. Ac ne ſolis uos odo
ribꝰ hic alliciã: cõponẽdũ uobis mãdo electuariũ quot
tidie mane guſtandũ: olfactu: guſtuq; ſuaue: & uite
admodũ

admodū salutar. Accipite tres chebularꝝ uncias: unā emblicarꝝ: & indarꝝ unā: unāq; belliricarꝝ: semunciā uero doronici: cinamomi uncias duas: croci drachmā unā: ambre partē drachme tertiā: musci quoq; tantū dē: cōtundite diligenter: tantū rosacei sachari adhi- bete: quantū gustui satis facit. Sandaloꝝ rubentium quantū sat est collori: mellis itē emblicarꝝ: uel chebu- larū: quantū molli expedit electuarii forme auri folia totidē: quot predicte sūt uncie. Vbi uero difficilior est compositio multiplex: experti sumus simplicē hāc op timam esse: scilicet ex chebulis: maratro: dulci sacha- ro: aqua rosacea liquefacto: sumptā uero tū ieiūo sto macho: tū post cenam. Memineritis autem myrobala nos conditas meliores esse: siccas uero saltem diem in tegrum: oleo amygdalarum dulcium: uel butyro uac cino prius infundite: q̄ conficetis. Probat & auicenna uobis cōfectionē ex emblicis: atq; indis: cū melle ana cardoꝝ: coctoq; butyro: itē chebulas cū zinzibere et squama ferri: & potius auri. Probat item petrus apo nensis compositiōem ex croco: mace: castoreo per par tes equales acceptis: atq; contusis: & uino commix- tis: unde affirmat uitam etiam propemodum moribū dis produci consueuisse. Deniq; aly astrologus. medi cusque excellens asserit: usu trifere: similiumq; rerum uitam effici longiorem. In omni uero trifera myroba lanus fundamentum est: sed hanc temperant subti- libus quibusdam: atque mollibus: presertim ubi sic- cior est myrobalanus: ut & penetret: nec meatus ob- struat: nec aluum exsiccet nimium: uel astrigat. Cum uino preterea cōmodissime utimur: sed modico: nec forte diluat: compositionem uero petri: quam mo- do narrabam: si modo utilis est: arbitror olfa-

ctu potius q̄ potu utilem fore.

¶ Magorum medicina pro senibus. Cap. xix.

MAgi stellarum obseruatores ad christum ui te ducem: stella duce: uenerunt: ptiosum ui te thesaurum offerētes: aurum: thus: & myrrham: tria dōa pro trib⁹ planetarum domi nis stellarum domino dedicātes. Aurum quidem pro temperamento ioui maxime omnium temperatum: thus autē pro sole precipue: phebeo calore simul: odo req; flagrans: myrrham deniq; firmantem corpus: atque conseruātem: pro saturno omnium firmissimo planetarum. Huc igitur omnes ad sapientes magos uenite senes: munera uobis quoque uitam pductura ferentes: quibus auctorem uite quondā uenerati tra dūtur. Venite senes inquam senectutem grauiter to lerantes: uenite & uos preterea: quoscunque senectu tis propemodum aduentantis formido sollicitat: acci pite precor alacres uitalia dona. Sumite uncias qui dem thuris duas: unam uero myrrhe: auri rursū in fo lia ducti dimidiam drachme partem: contūdite tria simul conflate: confundite in pillulas: aureo quodam mero: idq; tunc opportune conficite: quando diana propitio phebi: ul' iouis gaudet aspectu. Sumite post hac thesauri tanti: aurora qualibet portiunculam: ac exiguo perfundite meri potu: nisi forsan incaluerit es tas: tūc enim aquā rosaceam bibere prestat. Siquis au tem inter uos calorem quouis tempor' magis metuat is myrobalanum: chebulam: aut emblicam equalem ad thuris myrrheque: & auri simul pondus adiiciat. Hoc humorem pculdubio naturalem a putrefactio ne tuebitur: hoc humoris resolutionem longius pro pulsabit: hoc tres in uobis spiritus: naturalem: anima lē fouebit: confirmabit: corroborabit: hoc rursum ue

getabit

getabit seniũ: acute ingenium: memoriã conseruabit.

¶ De periculis euitandis ex quolibet uite septenna- rio imminentibus. Cap. xx.



Vm astronomi singulas deinceps diei horas planetis ordine singulis distribuerit: simili ter que septẽ ebdomade dies: atq; in ipso fe tu per menses digesserint officia planetarũ: cur non etiam per annos eadem disponamus. Vt quẽ admodum infantem in aluo latentẽ rexit primo men se saturnus: ultimo luna: sic statim natum ordine iam conuerso primo ipsius anno ducat luna: secundo (si uis) mercurius tertio uenus: quarto sol: quinto mars sexto iuppiter: septimo uero saturnus: atque deiceps ordo per uitam similis repetatur. Itaque in septimo quolibet uite anno: fit in corpore mutatio maxima: ideoque periculosissima: quãdoquidem & saturnus nobis cõmuniter est peregrinus: & ab eo tunc plane- tarum summo: ad lunam e uestigio planetarum infi- mam gubernatio redit. Hos annos astronomi greci glimatericos nominant: nos scalares: uel gradarios: uel decretorios appellamus. Forte uero in morbis ip- sum humoris uel nature motum planete per dies eo- dem ordine regunt: unde et septimus quisque eadem ratione iudiciarius appellat̃: quartus quoque quoni am medium in septennario tenet. Tu igitur si uitam producere cupis ad senectutẽ: nullis eiusmodi gradi bus interruptam: quotiens septimo cuilibet propin- quas anno: consule diligenter astrologum: unde im- mineat tibi discrimen ediscito: deinde uel adito me- dicum: uel prudentiam: & temperantiam accersito. His nanq; remediis prohiberi minas astrorum ptole

Deuita hoc caput

meus etiam confitetur. Addit quinetiam astrorum promissa sic augeri posse ut agrorum cultor auget terre uirtutem. Probat petrus aponensis argumentationibus multis: et testimonio aristotelis: galeni: aly naturalem uite finem non esse ab initio ad unguem determinatum: sed ultra citraque moueri posse: idque asserit tum ex astris: tum etiam ex materia. Concludit his auctoribus: rationibusque: obitum etiam naturalem differi posse cum astrologie machinis: tum presidiis medicorum: Igitur neque nos temere in his preceptis elaboramus: neq; te pigeat perquirere a medicis: que naturaliter tua sit dieta: & ab astrologis: q̃ stella uite faueat: & quando hec bene se habet & ad eam lunã: cõpone que ꝓdesse didiceris. Neq; pudeat sepe illos auscultare: qui nõ tam fortuna q̃ uirtute senectutem prosperam consecuti uidẽtur. Preterea ptolemeus & ceteri professores astronomie imaginibus quibusdam ex certis lapidibus: & metallis; sub certo sydere fabricatis uitam prosperã pollicentur: atq; longeuam. Verum de imaginibus quidem ex parte: ac plurimum de reliquo fauore celesti cõmentarium cõponimus in plotinum: quem librum huic operi deinceps subiiciẽdum existimamus: quemadmodum hoc post librum scribi uolumus: quem de curanda litteratorum ualitudine cõposuimus. Fauorem uero celestẽ quem modo dicebã: pro iuuentute longa nunc q̃tum quasi poete cuidam licet loqui: quantum rursus medico licet facere: a phebo bacchoq; petemus.

Solis eterna est phebo bacchoq; iuuentus.
Nam decet intonsus crinis utrunq; deum.

Phebus: & bacchus semp individui fratres sunt: ambo fere sunt idẽ: phebus idẽ est i ipsa sphere illius aia:

sphera

ſphera uero bacchus:imo et pheb? eſt totus ipſe ſphe re circus: bacchus aũt eſt flãmeus ille in hoc circo cir culus:imo uero phebus eſt almũ in hoc flãmeo globo lumen:bacchus aũt exiſtit ibidẽ ſalutaris ex lumie ca lor:ſemp ergo fratres:comiteſq; ſũt fere ſemp alter & idem. Quid uero? ſi ſoli uere quidẽ phebus eſt cantu ſuo:tũc auiũ cantus excitans:cithara rurſum tempa tẽperans:in autũno uero ſol idẽ auctor uini bacchus exiſtit. Tria nobis ad ſeruãdam iuuentutẽ pater ille liber:qui amat colles: bacchus affert: nos qdem apri cos primũ colles:in his aũt collibus ſuauiſſimum pre cipue uinum perpetuam in uino ſecuritatẽ. Tria quo q; phebus bacchi frater pari beniguitate largitur: di urnum primo lumẽ:ſub fomento luminis herbas ſua uiter redolentes ad luminis huius umbrã citharam: cantumq; perẽnem. His ergo penſis potiſſimum: his ſtaminibus clotho nobis iam non parca longa uite fi la ꝑducet. Tres parcas fere oẽs poete canũt:tris quo q; nos non poete canimus. Prudens qdem in oĩ uictu parcitas uitam nobis longã inchoat: conſtans quoq; in curis ſubeũdis parcitas ꝑducit uitã: parcitas uero in celo fruẽdo negligẽs uitã occat. Tres pythagoras temperãtias ante oĩa celebrat:tres etiã nos inpreſen tia celebramus. Temperantiam in affectibus conſer uato:temperantiã in omni uictu ſeruato: temperiem aeris obſeruato. Hec enim ꝓuidentia humoꝝ intẽpe riem:q̃ cite ſenectutis:& tẽpeſtiue mortis cauſa eſt:aſ pirãte deo:ꝓcul admodũ ꝓpulſabis. Aſpirabit ãt au tor ille uite:ſi ea tantũ conditione uitã optaueris diu turnã:ut diutius cũ generi humano uiuas:tũ maxie uiuas illi:quo mũdus totus iſpirante uiuit.

FINIS

Marsilii ficini proemium in librum de uita celitus comparanda.



Arsilius ficinus florentinus serenissi-
mo pãnonie regi semp inuicto. Phi ve-
teres rex oium felicissime celestiũ ui-
res iferiorꝫqꝫ naturas diligẽtissime p̄
scrutati: cũ existimarent hoiem frustra
sapere: q̄ non sibi sapit: totã merito p̄
scrutatiõem suam in primis ad uitã si-
bi celitus comparandã rettulisse uidentur. Iudicãtes
(ut arbitror) tum elementa: & que ex his cõponun
tur: frustra sibi cognita fore: tum motus celestiũ: & in
fluxus temere nimiũ obseruatos: nisi hec una cũ illis
cognita simul: atqꝫ coniuncta: aliq̄n sibi ad uitam: fe
licitatemqꝫ conducerent. Profuit aũt illis (ut uidet̃)
eiusmodi cõtemplatio ad uitã primo presentem: nam
pythagoras: & democritus: apolloniusqꝫ theaneus:
& quicunqꝫ ad id potissimũ studuerũt: reꝝ sibi cogni
tarum usu ꝓsperam ualitudinẽ consecuti sunt: uitãqꝫ
longeuã. Cõtulit insup ad futuram uitã: tũ per glo-
riam apud posteros propagandã: tũ apud deũ in eter
nitate fruẽdã. Si quidem ex mirabili mũdi totius or
dine eius tandẽ cognouere rectorem: & ante oĩa co-
gnitũ amauerũt. Tibi uero gloriã per secula cũcta fu
turam magnanimitas: magnificentia: uictoria perpe
tua pollicentur: uitã quoqꝫ apud deũ in euo beatam:
diuina clementia isigni pietati tue: iustitieqꝫ ꝓmittit
uitam deniqꝫ prosperam inter mortales: satisqꝫ longã
ex indiciis quibusdam mihi licuit coniectare: felicia
tibi sydera d̄creuerunt. Vt autẽ quod pollicentur: id
& prestẽt firmissima fide: et cumulo insuper prorogẽt
pleniore:

pleniore diligentia tua: & medicorum: astrologorumque cura efficere procul dubio potest: Iam uero id posse scia: & prudētia fieri doctissimi quique astrologi: ac medici cōfitentur. Cum igit inter plotini libros magno laurentio medici destinatos: in librum plotini: de fauore celitus hauriendo: tractantē nuper cōmentarium cōposuissem: inter cetera in eum nostra cōmentaria numeratum id quidem seligere nunc laurentio quidē ipso probante: atque maiestati tue potissimū dedicare decreui. Spero equidē dum uite tue: prospitatique cōsulā: uite interim: & splendori seculi nostri: et humani generis consultum. Atque ut ualitudini: prosperitatique regie ualidius hec nostra prodessent: per ualorem ipsum mittēda putaui. Hūc tu igitur ualorē nostrū clementissime rex complectere precor: tantū.n.natura: uirtus: auctoritas tua ualet: ut absque te nequeat uel ualor ipse ualere. x.iulii.m.cccc.lxxxix florentie.

¶ Marsilii ficini ad lectorē sequntis libri exhortatio

SAlue hospes ingeniose: salue iterum quisquis es salutis auidus: qui nostra ad limina tendis: uide precor hospes cupide primū: quam hospitalis sim: intrantis erat certe salutē statim hospitio dicere. Ego uero salute preueniens: mox prospectum saluere te iussi. intrantē & adhuc ignotū plibenter excepi trahentē apud me moras promissa: si deus aspirauerit: salute donabo: hospitium ergo nactus es amicum quidem omnibus: et amoris nunc erga te plenum. Si quid forte fers tecum amori cōtrariū: si quid habes odii: prius ponito precor: quam medicinas hic uitales attingas. Vitam.n.tibi dedit amor uoluptasque parētum: uitā uicissim demit odium: atque dolor: quē igit odiosus uexat dolor: huic nullus usque medicine uitali

relictus est locus: quamobrē deinceps te non ut hospitem tantū iam alloquor: sed amicū. Officina marsilii tui aliquāto est amplior q̄ his cācellis dūtaxat: quos hic uides: coerceat. Non. n. solo hoc libro sequēte: sed duobus etiā precedentibus circunscribitur. Tota uero summati medicina quedā est ꝓ uiribus opitulatura uite: ut ualida tibi uita sit: ut longa idq; ubiq; medicorū ope celitus adiuta molit. Varia sane ꝓ diuersis hoīum ingeniis atq; naturis nr̄a hec officia antidota: pharmaca: fomēta: unguēta: remedia ꝓfert: si qua tibi fortasse minus placeāt: mitto quidem ista cetera: ꝓpterea ne respuito. Deniq; si nō probas imagines astronomicas: alioqn ꝓ ualitudie mortaliū adinuētas: quas et ego nō tam ꝓbo q̄ narro: has utiq; me cōcedente: ac ēt (si uis) consulente dimittito. medicinas saltē celesti quodā adminiculo confirmatas: nisi forte uitā neglexeris: ne negligito. Ego. n. frequēti iā diu experientia cōpertū habeo: tantū interesse iter medicinas eiusmodi: atq; alias absq; delectu astrologico factas: q̄tum inter merū atq; aq̄: ut ēt ifans octauo a cōceptione mēse natus florētie: mēse martio: nocte ascendente saturno retrogrado semiuiuus: eiusmodi diligentia uideat a nobis: imo a deo quasi uite redditus potiusq̄ seruatus: trienniumq; ualidus ferme iam impleuerit. Iam uero si preter ea generis eiusdem plura narrauero uera loquar: nec gloriabundus (quod est a pħo penitus alienū) sed exhortabundus potius afferam. Verū satis iā partim qdem cōciliātes: ptim ēt exhortātes allocuti te sumus: deiceps igit̄ cū plotino loquamur: ita demū tibi diligētius ɔsulturi.

Protestatio catholici auctoris.

In oībus que hic: aut alibi a me tractantur: tantū as

certum esse uolo: quantum ab ecclesia comprobatur.

¶ Marsilii ficini florentini liber de uita celitus comparanda compositus ab eo inter commentaria eiusdem in plotinum. *Totus hic liber de uita celitus cõparada prohibetur*

¶ In quo consistat secundum plotinum uirtus fauorem cellitus attrahens: scilicet in eo ꝙ anima mũdi: & stellarum: demonumq; anime facile alliciuntur corporum formis accõmodatis. Cap.i.



I tantum hec duo sint in mundo: hic quidem intellectus: inde uero corpus: sed absit aĩa: tunc neq; intellectus trahet ad corpꝰ: imobilis.n.est oĩno: caretq; affectu motiõis pncipio: tanq̃ a corpe longissime distans: neq; corpus trahetur ad intellectum uelut ad motum per se inefficax: & ineptum: longeq; ab intellectu remotum. Verũ si interponat aĩa utriq; conformis: facile utrinq;: et ad utraq; fiet attractus: p̃mo qdem ipsa oĩum facillime ducit: qm̃ primũ mobile est: & ex se & spõte mobile: p̃terea cũ sit (ut dixi) media reꝝ oĩa suo in se mõ cõtinet: & utrinq; rõne ꝓpinqua. Ideoq; cõciliat: & oĩbus etiã eq̃liter illis: que inter se distant ab ea uidelicet non distãtibus: p̃ter.n. id quod hinc quidem conformis est diuinis: inde uero caducis: & ad utraque uergit affectu: tota interim est simul ubiq;. Accedit ad hec: ꝙ anima mundi totidem saltem rationes rerum semiales diuinitus habet quot idee sunt in mente diuina: quibus ipsa rationibus totidem fabricat species in materia. Vnde unaqueq; species per propriam rationem seminalem proprie respondet idee: facileque potest per hanc sepe aliquid illinc accipere: quandoquidem per hanc illinc est effecta. Ideoque si quando a propria forma de-

generet: potest hoc medio sibi proximo formari rursũ p q̃ id mediũ inde facile reformari. Ac si certe cuidã rerũ spẽi: uł in diuiduo eius rite adhibeas multa: que sparsa sũt: sed eidẽ ydee ɔformia. Mox ĩ materiã hãc ita opportune patã singulare mun⁹ ab idea trahes p rationẽ: uidelicet anime seminalẽ: nõ enim ĩtellectus ipse ꝓprie: sed anima ducitur. Nemo itaq; putet certis mundi materiis trahi numia quedam a materiis penitus segregata: sed demones potius aĩatiq; mũdi mũera stellarumq; uiuentiũ. Nemo rursum miretur p materiales formas animam quasi allici posse: si quidem escas eiusmodi sibi cõgruas ipsamet: q̃bus alliceretur effecit: & semper libenterq; habitat in eisdem. Neq; in mundo uiuente toto quicq̃ reperitur tã deforme: cui nõ adsit aĩa: cui non insit & anime mũus: ɔgruitates igitur eiusmodi formarũ ad ratiões aĩe mũdi: zoroaster diuinas illaces appellauit: quas & sinesius magicas esse illecebras cõfirmauit. Nemo deniq; credat ad propriam quandam materie speciem: & tempore certo hauriri omnia prorsus ex anima dona: sed pro opportunitate dona dũtaxat seminis: quo talis spẽs pullulauit: seminumq; cõformium. Itaque hic homo humanis tantum adhibet: is non proprias piscium: uel auium dotes inde sibi uendicat: sed humanas: atq; ɔsimiles. Adhibitis autem que ad stellã talẽ pertinẽt atque demonem stelle demonisq; huius propriũ subit influxum: uelut lignum per sulfur paratum ad flamã ubique presentem: atq; hunc non modo per ipsos stelle demonisque radios: sed etiã per ipsam mundi animam ubique presentem: in qua & cuiuslibet stelle: demonisque ratio uiget: partim quidem seminalis ad generandum: partim etiam exemplaris ad cognoscẽdum.

dum. Hec enim secundum platonicos antiquiores rationibus suis edificauit ultra stellas in celo figuras: partesque ipsarum tales: ut ipse quoque figure quedam sint: impressitque his omnib⁹ proprietates. In stellis autem figuris: partibus proprietatibus: omnes rerum inferiorum species continentur: & proprietates earum. Vniuersales uero figuras octo posuit: atq; quadraginta: scilicet in zodiaco duodecim: extra uero sex atq; triginta: item in zodiaco triginta sex ad numerum facierum. Rursus ibidem tercentum: atq; sexaginta ad numerum graduũ: in quouis enim gradu sunt stelle plures: ex quibus ibi conficiuntur imagines. Similiter imagines extra zodiacum in plures diuisit figuras pro facierũ ibidem graduumque suorum numero. Constituit denique ab imaginibus his uniuersalibus ad uniuersales imagines habitudines & proportiones quasdam: que ipse quoque imagĩes illic existunt. Eiusmodi uero figure continuitatẽ queq; suam habent ex radiis stellarum suarum in se inuicem peculari quadam proprietate coniectis: a quibus formis ordinatissimis dependent inferiorum forme illinc uidelicet ordinate. Sed & celestes ille tanquã & inter se disiuncte procedunt a rationibus anime coniunctis inuicem: & quodammodo mutabiles a stabilibus. Sed he quatenus seipsas non comprehendunt: referunt ad formas in mente: uel animali: uel eminentiore se se comprehendentes: que tanq̃ multiplices rediguntur ad simplicissimum unum: atq; bonũ: sicut figure celestes ad polũ. Sed redeãus ad aĩam quando igitur anĩa gignit speciales inferiorũ formas uiresq;: eas per ratiões efficit proprias: sub stellarũ formarũq; celestiũ adminiculo. Singulares uero indiui-

duorũ dotes: que ſepe nõnullis inſunt tam mirabiles q̃ in ſpeciebus eſſe ſolent: exhibet per ſeminales ſimiliter rationes: nõ tam ſub adminiculo formaꝝ figurarumq; celeſtium: q̃ ſitu ſtellarũ: & habitu motionum aſpectuumq; plãetarum: tũ inter ſe: tum ad ſtellas planetis ſublimiores. Anima quidem noſtra ultra uires membroꝝ proprias; communem ubiq; ꝓmit in nobis uite uirtutẽ: maxime uero per cor tanq̃ ignis anie ꝓximi fontem. Similiter anima mũdi ubiq; uigens p ſolem precipue ſuam paſſim explicat cõmunis uite uirtutem: unde quidam animã: & in nobis: & in mũdo in quolibet membro totam: potiſſimũ in corde collocant: atq; ſole. Semper uero memento: ſicut anime noſtre uirtus per ſpiritum adhibetur membris: ſic uirtutem aie mundi p quintam eſſentiam: que ubiq; uiget tanq̃ ſpiritus intra corpus mũdanũ ſub anima mundi dilatari p omnia, maxime uero illis uirtutẽ hanc infundi: que eiuſmodi ſpiritus plurimum hauſerũt. Poteſt autem quita hec eſſentia nobis intus magis magiſq; aſſumi: ſi quis ſciuerit eã aliis elementis imixtã plurimum ſegregare: uel ſaltem his rebus frequenter uti: q̃ hac abundant: puriore preſertim: ceu electrũ uinũ: & ſacharũ: & balſamũ: atq; aurum: precioſiq; lapilli: myrobalaniq;: & q̃ ſuauiſſime redolẽt: & q̃ lucẽt Maxĩe uero q̃ in ſubtili ſubſtantia qualitatẽ habent calidã: humidãq;: & clarã: quale p̃ter uium eſt albiſſimũ ſacharũ: preſertim: ſi huic adhibueris auꝝ: odorẽq; cinnami: atq; roſarũ. Preterea ſicut alimẽta rite ĩ nobis aſſumpta p ſe non uiua redigũtur p ſpiritũ noſtrũ ad uite noſtre formã: ſic & corpora noſtra rite accõmodata corpori: ſpirituiq; mundão: uidelicet p res mundanas: & per noſtrum ſpiritũ hauriunt ex uita

mũdana

mundana q̄plurimum. Si uolueris: ut alimentum rapiat pre ceteris formam cerebri tui: uel iecoris: atq; stomachi: simile quātum potest accipe: alimentum: id est cerebrum: & iecur: & stomachum animalium: ab humana natura non longe distantium. Si optas corpus tuum: atque spiritum ex aliquo mundi membro uidelicet ex sole uirtutem accipere: quere que ante alia sunt solaria: inter metalla: lapillosq;: magis autē inter plantas. Sed inter animalia magis: maxime inter homines: similiora enim tibi magis proculdubio conferunt. Hec & extra sunt adhibenda: & intus pro uiribus assumenda: presertim in die: & hora solis: & sole in figura celi regnante. Solaria uero sunt omnia ex lapillis: & floribus: que heliotropia nominantur: quia uertuntur ad solem. Item aurum: & auripigmētum: aurique colores: chrysolitus: carbunculus: myrrha: thus: muscus: ambra: balsamū: mel flauum: calamus aromaticus: crocus: spica nardi: cinnamomū lignum aloes: ceteraque aromata. Aries: astur: gallus: olor: leo: cantarus: crocodillus: homines flaui: crispi: sepe claudi: magnanimi; superiora partim cibariis: partim unguentis: subfumigationibusque: partim usui accommodari possunt. Hec sentiēda: & cogitanda frequenter: & in primis amanda. & luminis plurimum est querendum. si dubites uentrem ab iecoris fomento destrui: trahe ad uentrem iecoris facultatem: tum frictionibus: tum fomentis per ea: que iecori congruunt: p cicoreā: endiuiam: spodium: & eupatorium: & epaticam: atque epata. Similiter ne destituat tū corpus ab ioue: moue corpus in die: hora q̄ est regno iouis: & utere iteri iouialib⁹ argēto: hiacintho: topacio: corallo: christallo: berillo: spodio:

saphiro uiridib⁹:aeriisq; colorib⁹:uio: sacharo albo melle.& cogitationibus:affectibusq; plurimū iouiali bus:idest constantibus:ęquis:religiosis:atq; legiferis & inter homines eiusmodi:sanguineosq;:& pulchros uenerabilesq; uersabere. Sed memento primis illis re bus frigidis inserendum esse aurum:& uinum : mentāq;:& crocum:& cinnamomum:atq; doronicū:animalia uero iouialia esse agnum:pauonemq;: & aquilam:& iuuencum. Quomodo uero uirtus ueneris attrahitur turturibus:columbis: & motacillis : & reliquis:non permittit pudor ostendere.

¶ De concordia mundi & natura hominis secūdum stellas :& quō fiat attract⁹ab unaquaq; stella. C.ii.

Caue ab hoc capite

NEq; uero diffidere đbet qsquā:nos atq; omnia que circa nos sunt preparamentis qbusdam posse sibi uendicare celestia.Nā celitus hec facta sunt: assidueq; reguntur:& illinc in primis preparata sunt ad illa:& quod maximū est: mūdus:anial in se magis unū est:q̄ quoduis aliud animal:si modo est animal perfectissimum. Ergo sicut in nobis membri cuiuslibet presertim principalis qualitas:motusq; ad alia pertinet:ita membrorum principalium actus in mundo cōmouent omnia : & mēbra inferiora facile capiunt a supremis ultro dare paratis. Quo enim potentior causa est:eo est promptior ad augendū:eo igit̄ ꝓpensior est ad dandū:exigua igit̄ preparatio nobis insup adhibita sufficit celestiū muneribus capiendis:si modo quisq; ad id precipue se accōmodet cui est ꝓcipue subditus. Sed ante uniuscuiusq; nostrum proprietatē:humane speciei ꝓprietatem cōsiderare debemus:hanc igitur esse solarē astrologi arabes cōsenserunt.Quod ego e statura hominis erecta:

pulchraq;

pulchraqꝫ humoribusqꝫ subtilibus: & spiritus claritate: imaginationisqꝫ pspicuitate: studioque ueritatis: & glorie uerũ esse coniecto: addo quinetiã proprietatem huic mercurialem; ob strenuũ uersatilis ingenii motum. Et quoniam humanum genus natum nudum: inerme: omnium egenum: hec omnia propria industria sibi comparat: quod ẽ mercurii propriũ: addo etiam iouialem: ob cõplexionem corporis temperatam: atqꝫ leges. Et quoniam secundo mense: quo iuppiter dominatur: uitã accipim⁹: atqꝫ nascimur nono: quo iterum recipit dominatum: itaqꝫ hũana species ab his tribus potissimum: dotes insup ampliores ita demũ sibi poterit uendicare: si p solaria: mercurialiaque: & iouia. seipsaꝫ eis magis in dies: atque magis accõmodabit. De reliquis autem quid saturnus non facile cõmunem significat humani generis qualitatẽ atqꝫ sortem: sed hominem ab aliis segregatum; diuinũ: aut brutũ; beatũ: aut extrema miŝia pressũ; mars: luna; uenus. affect⁹ & actus homini cũ ceteris animãtibus ęque cõmunes: ad solem igit̃: & iouẽ: atqꝫ mercurium reuertamur. Solaria quidem nonnulla & iouia diximus: mercurialia uero nescio quomodo pretermisimus: sunt autem eiusmodi: stamnũ: argentuꝫ presertim uiuum: marcassita argentea: lapis achates: uitrum: porphyriticum: & que croceum cũ uiridi misceant: smaragdum: atqꝫ lacca. Animalia sagacia & ingeniosa simul & strenua: simie: canes: homines eloquentes: acuti: uersatiles oblonga facie: manibusqꝫ non pingues. Sunt autẽ querenda: & exercenda que ad aliquem planetã attinent: eo uidelicet dominante (ut dixim⁹) in die & hora eius: si fieri potest: etiã quãdo ipse sit in domicilio: uel exaltatione: uł saltẽ tripli

citate sua: & termino: & angulo celi: extra combustionẽ directus: ac sepius orientalis: si sole sit superior: itẽ in auge: & aspiciatẽ a luna. Si quis ãt ab ipsa luna bene situm: & a uenere poscat: tempora similia obseruare debebit: a uenere quidem per animalia sua: que diximus: & per corneolam: & saphyrũ: lapidemq̃ lazuli: es croceum: atq; rubeum: & corallum: omnesq; pulchros: uariosq;: uel uirides colores: & flores: atq; cõcentus: suauesq; odores: atq; sapores. A luna p alba & humida: & uiridia: per argentũ: atq; chrystallum: & uniones: & argenteam marcassitam. Quoniam uero saturnus quidem statui: & pseuerantie domiatur: mars autem efficacie motus: cogimur nõnunquã horum quoq; gratia: ab eis patrocinia postulare: temporibus uidelicet similiter obseruatis. Ab illo quidem p materias quasdam quodãmodo terreas: & fuscas: atq; plumbeas: & fuscam iaspidem & magnetem: & camoinum: atq; calcidoniũ: & ex parte quadam per aurum: & auream marcassitam. A marte uero per ignea rubea: es rubeum: sulphurea omnia: ferrum: lapidemq; sanguineum. Neq; diffidas saturnum habere non nihil in auro: nam propter pondus id putatur habere quinetiam soli aurũ simile: sic omnibus metallis inest sicut sol in planetis omnibus: atq; stellis. Iam uero si quis conuicerit saturnum: & martem natura noxios esse (quod equidem nunquam crediderim) tamen his quoq; utendum quemadmodum uenenis nunquam utuntur & medici. quod ptolemeus in centiloquio p bat. Proderit ergo quandoque uis saturni caute sumpta: sicut apud medicos: que abstringunt: atq; continent: immo & que stupefaciunt: sicut oppium et mãdragora: martis quoque: sicut euphorbium & elleborus

borū. Cautissimi uero hac in re fuisse uidentur magi/ brachmanes/pythagorici: qui cum ob sedulum phi/losophandi studium: saturni tyrannidem formida/rent: uestibus albis amiciebantur: iouialibusq3: siue phebeis quotidie sonis & cantibus utebantur: plu/rimumque sub diuo uiuebant. Ubique uero memen to per affectum: studiumque animi: & per ipsam spi/ritus qualitatem, nos facillime: subitoq3 exponi pla/netis eundem affectum: ac eiusmodi studium: & qua litatem significantibus. Per sepe͞r rationem igitur a re bus humanis: per ocium: solitudinem: firmitatem: per theologiam: secretioremq3 philosophiam: super/stitionem: magiam: agriculturam: Per merorem sa/turno subiicimur; per ciuilia & ambitiosa negotia: per philosophiam naturalem: communemq3: per reli gionem ciuilem: perq3 leges ioui, marti per iram atq3 certamina: soli mercurioq3 per studium eloquentie: cantusq3: & ueritatis: & glorie: atq3 solertiam, uene ri per letitiam & musicam & festiua, lune per uictum plantis similem. Sed hanc inter hos differentiam mē te teneto: exercitationem ingenii magis publicam: atque amplam ad solem spectare: priuatam uero & artificio mancipatam potius ad mercurium. Tum uero musicam grauem quidem iouis solisq3 esse, le/uem ueneris: mediam uero mercurii; similis quoque de stellis fixis ratio est. Hec quidem communis hu/mane speciei regula, propria uero unicuique regula fu erit explorare: que stella: quid boni cuique in genitu ra ꝓmiserit atq3 ab ea potiusq̃ ab alia reposcere grã3 Et ab unaquaq3 non quodlibet donum: & quod ali arum est: sed eius proprium expectare: nisi forte tum a sole communia multa reportes: tanq̃ communi quo

dam duce celestium : & ab ioue ferme similiter : tum mundana pariter omnia ab anima:spirituq mundi. Quem sicut & quoduis anial:multoq efficatius animatum esse:non solum platonice rationes: sed etiam astrologorum arabum testimonia comprobant. Vbi etiam probant ex applicatione quadam spiritus nostri ad spiritum mundi per artem physicam:affectumq facta:trahit ad animam:corpusq nostruz bona celestia. Hinc quidem pspiritum nostrum in nobis medium : & tunc a mundi spiritu roboratum:inde uero per radios stellarum feliciter agentes in spiritum nostrum: & radiis natura similem: & tunc se ipsum celestibus coaptãtem.

¶ Inter animam mundi: & corpus eius manifestũ est spũs eius in cuius uirtute sũt quattuor elementa:nos uero per spũm nostrũ hũc possumus haurire. C.iii.



Rofecto mundanum corpus quantum ex motu:generationeq apparet: est ubiq uiuum:quod indorũ philosophi probant ex eo q passim ex se uiuentia generet ergo p animã uiuit ubiq sibi psentẽ: ac prsus accõmodatã. Igit inter mũdi corpus tractabile: & ex parte caducũ:atq ipam eius aiam cuius natura nimiũ ab eiusmodi corpore distat:inest ubiq spiritus:sicut inter aiam: & corpus in nobis:si mõ ubiq uita ẽ cõmũicata semper ab aia corpori crassiori. Talis nanq spũs necessario reqritur tanq̃ medium : quo anima diuina & adsit corpi crassiori:et uitã eidem penitus largiat. Corpus aũt omne facile tibi sensibile: tanq̃ sensibus tuis accõmodatũ:crassus est: & ab aia diuinissima longe degenerans:opus est igitur excellẽtioris corpis adminiculo quasi nõ corporis . Proinde

scimus

ſcimus uiuentia oĩa tam plantas q̃ aĩalia per quendã ſpũm huic ſimilẽ uiuere: atq; generare. Atq; inter elementa: quod maxime ſpiritale eſt: uelociſſime generare: perpetuoq; moueri quaſi uiuens. Sed queres interea: ſi elementa: atq; animantes generant aliqd ſibi ſimile ſuo quodam ſpiritu: cur lapides & metalla non generant? que inter elementa animantes media ſunt quia uidelicet ſpũs in eis craſſiori materia cohibetur Qui ſi quando rite ſecernatur: ſecretuſq; conſeruetur tanq̃ ſeminaria uirtus poterit ſibi ſimile generare. Si modo materie cuidam adhibeat generis eiuſdẽ: qualẽ ſpũm phyſici diligentes ſublimatiõe quadã ad ignẽ ex auro ſecernentes: cuius metallorum adhibebunt aurumq; efficient talem utiq; ſpiritum ex auro: uel ex alio rite tractum atq; ſeruatum elixir arabes aſtrologi nominant. Sed ad mundi ſpiritum redeamus: per quem mũdus generat omnia quandoquidem & per ſpũm proprium omnia generat: quem tum celum: tũ quintam eſſentiã poſſumus appellare: qui talis ſerme eſt in corpore mundi: qualis in noſtro noſter. Hoc in primis excepto, q anima mundi hunc nõ trahit ex quattuor elemẽtis: tanq̃ humoribus ſuis: ſicut ex noſtris noſtra: imo hũc proxime (ut platonice: ſiue plotinice loquar) ex uirtute ſua procreat genitali quaſi tumens & ſimul cum eo ſtellas: ſtatimq; per eum parit quattuor elementa: quaſi i illius ſpiritus uirtute ſint omnia: ipſe uero eſt corpus tenuiſſimum: quaſi nõ corpus: & quaſi iam anima: item quaſi nõ anima: et quaſi iam corpus: in eius uirtute nimirum eſt nature terrene: plus autem aquee: plus item aerie. Rurſus ignee ſtellariſque quamplurimum ad horum graduũ menſuras ipſe quantitates ſtellarum elementorumque p

diderunt ipse uero ubiq; uiget in omnibus generationis omnis proximus auctor: atq; motus: de quo ille spiritus intus alit. Totus est suapte natura lucidus: calidusq;: & humidus: atq; uiuificus: ex dotibus anime superioribus dotes eiusmodi nactus: quem plurimum hausisse apollonium theaneum testificatus est in nos hiarchas dicens mirari nemo debet o apolloni te diuinandi scientiam consecutum: cum tãtum etheris in anima geras.

¶ Spũs noster haurit mũdi spũm per radios solis: & iouis: quatenus ipse fit solaris: & iouialis. Ca. iiii.



Hunc tu igit̃ studebis tibi in pmis isinuare. hoc. n. medio naturalia quedã beneficia reportabis: tũ corpis mundani: tũ anie: tũ ẽt stellarũ atq; demonũ. Nã ipse inter crassum mũdi corpus & animam medius est: & i ipso stelle sũt & demones: atq; p ipsum. Siue. n. mũdi corpus: atq; mũdana sint ab aia mũdi pxime: sicut plotino placet atq; porphyrio siue mũdanũ corp⁹ sicut & ania pxie sit a deo: ut nostris placet: & forte timeo pythagorico omnino uiuit mundus: atq; spirat: spũmq; eius nobis haurire licet. Hauritur aũt pprie ab hoie p suũ spiritum illi suapte natura conformẽ: maxime si reddatur etiam arte cognatior: idest si maxie celestis euadat. Euadit uero celestis: si expurgetur a sordibus: & omnino ab eis: que inherent sibi dissimilia celo: q̃ quidem sordes non solũ intra uiscera: si fuerint: uerũ etiã si in aio: si in cute: si in uestibus: si in habitatiõe: & aere spũm frequenter inficiunt. Eiciet̃ tandez celestis: si ad orbicularem: animi: corpisque motũ: ipse quoque orbes efficiat: si ad aspectũ: cogitationẽq; lucis freqñtiorẽ ẽt ipse subrutilet: si adhibeant̃ ei similia celo: ea

cōmuniter diligentia: qua auicenna in libro de uiri-
bus cordis spiritum curat: & nos in libro de curanda
litteratoum ualitudine curare contendimus. Vbi pri
mum segregantur ab eo uapores obnubilantes me-
dicinis ita purgantibus: secundo rebus lucentibus
illustratur: tertio ita colitur: ut & tenuetur simul: &
cōfirmetur. Fiet deniq celestis maxie: quantū dictat
ratio presens: si applicētur ei potissimum radii: influ-
xusq solis iter celestia domiantis. Atq ita ex hoc spū
tanq̄ in nobis medio celestia bona in primis īsita sibi:
in nostrū tum corpus: tū anium exundabūt: bōa inq̄
celestia cuncta: in sole enim oia cōtinētur. Cōferet āt
sol ad spūm solarē efficiendū ꝑprie: qn̄ sub ariete fue
rit: uel leōe: ipsū aspiciente luna: maxime in leone.ubi
adeo spiritum nostrū uegetat: ut ipsum muniat con-
tra uenenum epidimie repellendum: qd' perspicue ap
paret in babylonia: & egypto: & regionibus spectāti
bus ad leonem: ubi sol leonē intrās epidimiam sedat:
ea duntaxat ratione: qua diximus. Tunc ergo & tu
solaria passim exquisita cōpone: tunc incipe solaribus
uti: ea tamen cautione qua sub estu exsiccationem di
ligenter euites: non poterit autem facile spiritus sola
ris euadere: nisi sit quāplurimus. Ad solē enim maxi
me pertinet amplitudo: quāplurimū uero faciet: tum
diligentia cor rebus cordialibus ītus & extra fouēs
tum etiam uictus ex alimentis quidem subtilibus:
multum tamen: & facile: & salubriter nutrientibus.
Motus quoq frequens: atq lenis: & opportuna qes:
aerq; tenuis: atq serēus: & ab estu: geluque remotus
ꝑcipue letus animus. Rursuz nec solaris erit: nisi cali
dus fuerit: & subtilis: & clar⁹: subtilē: claꝝq facies: si
tristia & crassa duitab: & fusca. Vteris lucidis letisq i

Dum so[l] ... [illegible] ... rida.

tus: & extra: luminis multū die: nocteq; excipies: sordes expelles: & otium: & torporē: in primis tenebras deuitabis. Perducturus aūt spiritum ad calorem soli naturalem: caue ne ad tertiū caloris gradū: siccitatem q; deducas: calor. n. ipse solis naturaliter nō exsiccat: alioquin nō esset sol uite generatiōisq; dn̄s: & auctor augumenti. Siccare uero cōtingit radiis eius in cōcauis materie sicce conclusis: hūorem itaq; calori subtilē qualis est solaris: & maxime iouius adhibebis: & conseruabis in spū re℞ eiusmodi usu: si solarē sis effecturus: ne alioquin ad martiū potius q̄ ad solarē forte deducas. Martem qdem soli esse similē in paucis & his q dem manifestis: nec admodū excellentibus: et interim inimicū esse ferunt: iouem uero soli simillimū in pluri mis excellentibusq; muneribus: quāuis occultioribꝰ & amicissimum esse scimus. Vnde ptolemeus: ubi de consonantia disputat: iouem ait cū sole pre ceteris perfectissime cōsonare: ueneremq; cū luna: oēsq; astrologi uniuersalem beneficentiā soli tribuūt: similiter atq; ioui: quāuis sol eadem efficatius agat: & iuppiter sub uirtute solis efficiat: in utroq; calor uiget: supatq; humorem: sed in ioue superat modice: i sole supat excellenter: utrobiq; benefice. Cū igitur adeo cōsonent facile poteris spūm solarem efficere pariter atq; iouiū: ac res solares: & iouiales rite poteris īuicē cōmiscere. Presertim si & has īuicem cōponas: & spiritui adhibeas: qn̄ iuppiter solem trino aspicit: uī sextili: uī saltem qn̄ luna ab aspectu alterius ad alterum ꝓcedit aspiciendū: maxime qn̄ ab aspectu solis ad coitū cum ioue ꝓgreditur. Seorsum uero solarem proprie facies: uel iouialem: qn̄ aspectum lune ad solem obseruaueris: uel ad iouem: tametsi cōsecutus naturam huius: naturā
mox

mox illius facile ꝯseq̄ris. Sextilē uero aspectū itellige qn̄ planete duo iter se signoꝝ duoꝝ spatio distāt: trinum aūt qn̄ quattuor signoꝝ discrepant interuallo. Coniūctionē uero uel aspectū lune ad alios duodeci gradib⁹ citra totidēq; ultra metimur. ¶ Tres gr̄e sūt iuppiter: & sol: & uenus: iuppiter ē gratia geminarum media: & maxīe nobis accōmodata. Cap. v.



COmpositiones quidē: et curatiōes iouias: simul atq; solares iuenies in libro nr̄o de uita longa: & in libro de litteratoꝝ cura. Vbi ēt miscuimus pleraq; uenerea: nā & nos in studiosis timemus exsiccationē: cui resistit uenus: & hec ipsa uenus est amicissima ioui: sicut & soli iuppiter q̄si gratie tres inter se cōcordes: atqz coniuncte. Ab his q̄dē tribus celi gratiis: & a stellis eiusdē generis astrologi gratias: & sperant: & diligēter exq̄runt: easqz ꝑ mercuriū: atq; lunā quasi nūtios trāsmitti putant: atq; curāt: facile uero cōiterq; ꝑ lunā. Lunā quidē cū ioue cōiuctam: aut uenere: feliciorē esse putant: quāsi ꝑ sextilem aspexerit: aut trinū. Verūtamē si per trinum aspiciens etiam suscipiat̄ ab illis: quasi existimāt esse coniunctam: similiter si a sole ꝑspecta fuerit: simulqz recepta. Nos aūt si hoꝝ trium stellarūq; similiū uires: effectusq; oēs ꝑcurrere singulati uelimus longū opus aggrediemur: exq̄situ difficile: difficilimū obseruatu Si ad uenerē nos ꝓprie conferamus: nō facile solē habemus: si ad solē ꝓprie: nō facile uenerē. Vt igit̄ tres simul in uno gratias cōplectamur: ad iouem tandem confugiemus: inter solē: uenerēq; natura: effectuque mediū: qualitate admodū t̄patū: & quecunq; sperantur a uenere: uel a sole suo quodā pacto tradentē: magnificentius quidē: honestiusq; q̄ uenus: temperātius

quoq; q̄ sol: & in oibus cū humana natura maxie cō gruentē. Vtemur itaq; iouiis. quando & ipse: & luna dignitatē tū naturalē: tū accidētalē habuerit: sint si mul: uel feliciter se aspiciāt. Si quando id fieri omnio nō possit: misce solaria in unū simľ atq; uenerea facies q; sic iouiale ex utrisq; cōpositu3 quādo uidelicet lu na a coitu ueneris eat ad sextilē solis aspectū: uel e ɔ uerso. Memēto uero i rebus componēdis: que cor: spi ritumq; foueant: & corroborent: lunā cōferre potissi mum: si una cū his mūeribus hoc etiam habuerit: ut p aerea signa discurrat: maxie per aquariū: quod eē maxie putaṫ aeriū: uel si in suo domicilio sit: aut exal tatiōe sua: uľ domo iouis: aut solis: & ubicunq; sit: si mansionē ex uigiti illis & octo teneat: tum sibi: tum etiam operi competentem.

De uirtute i nobis naturali: uitali: aiali: & p quos planetas adiuuenť: & quomodo p aspectū lune ad so lē: & uenerem: maxime uero ad iouē. Cap. vi.



Recipua ūo disciplia est recte tenere: quē spiritū: q̄ uim: quā rem potissimū hi pla nete significāt: lūa ergo: uenusq; uim: et spūm naturalē: atq; gēitalē: & que hunc augēt: iuppiter eadē: sed efficaci9: eparq; & stomachū: habetq; non mediocrē partē in corde & spiritu: uirtuteq; uitali: quatēus suapte natura cū so le ɔsentit: imo & p se ipsum: alioquin cor uitalē spū3 non pprie in mēse iouis acciperet: unde iouē greci ap pellant uita3: & p quē uita. Habere quoq; in aiali spi ritu potestatē testanť astrologi: dicētes iouē ad philo sophiā: & ueritatē inueniendā: religionemq; conferre & plato: ubi ait: ab ioue philosophos proficisci: quod ēt significauit homerus antiquorum opinione dicēs.

Talis

Talis est mens hominibus: qualem in dies adducit pater hominum: atq3 deorũ: nusquã uero numẽ aliquod ita cognominat preter iouem. Sol spiritũ uitalem precipue corq3 significat: et hẽt nõ nihil immo nõ parum in capite propter sensum. atq3 motum: cuius ẽ ipse dominus: neq3 uim deserit naturalem. Mercuri⁹ cerebrum: & istrumenta sensuum: ideoq3 spiritũ animalem: proinde tutissima uia erit: nihil sine lũe beneficio facere: quandoquidem celestia cõmuniter: & frequenter: atq3 facile ad inferiora demittit: quã alterũ solem nominant: quolibet mense quatuor anni tẽpora facientẽ. In pria eni sui quarta pipatetici putãt eẽ calidam: atq3 humidam: in secunda calidã: & siccam in tertia frigidam: atq3 siccam: in quarta frigidã: atq3 humidã. Lumẽq3 eius proculdubio solis esse lumẽ humores: generationẽq3 regere: omnesq3 mutatiões set⁹ ipsius i aluo cõuersionibus suis metiri: & quotiẽs soli iũgit: uiuificã ab eo uirtutem recipere: quã infũdat huõri: atq3 ibidẽ a mercurio uim hũores cõmiscentẽ. Quã uim mercurius: & trãsformatione in oẽs sua: & gyris multiplicibus affert: ibidẽ mox a uenere ui: que conducat ad formas geniture cõuenientes. Opepretiũ uero fuerit: meminisse diurnũ lũe cursum in quattuor distribui quartas. In prima qdẽ ab oriẽte ad mediũ ascẽdit celũ: atqz interi hũorem: & spiritũ auget naturalẽ: in secũda a celi medio petit occasũ: efficitqz in nobis oppositũ: tertia ab occasu celũ subter mediũ adit: iterũqz spũm illũ auget: & hũorem: q̃rta cadit inde uersus ortũ: minuitqz uicissim. Qđ maxie i oceani ripis apparet: ubi ad hũc cursum mare mãifestius accedit: atqz recedit: eodẽqz ordine uigor i egrotãtibus. Probabile ẽt est: solẽ p easdẽ sui quartas calorẽ

naturalem: & spũm uitalẽ augere: uel diminuere: ani
malẽ quoq̃ q̃tenus mercuriũ hẽt comitẽ. His cognitis
poterit medicus ꝓ humore: & calore naturali: & quo
libet spiritu recreando tpa opportuniora seruare: sed
nunc de luna satis. Neq̃ dimiteere decet iouẽ: in cui⁹
mense altero qdem uitã accepim⁹ altero aũt cõmuni
ter: & felicius nati sumus: et qa iter solẽ atq̃ uenerem
itẽ iter solẽ: atq̃ lunã est q̃litate: effectuq̃ medi⁹: ideo
q̃ cõplectitur oia. Solem uero ipsũ pretermittere celi
dñm nephas: atq̃ piculosum existimamus: nisi forte
qs dixerit: eũ qui iouẽ habet. In ioue solẽ iã habere:
illic potissimum ad hoies tempatum: in sole certe oẽs
celestium esse uirtutes non solũ iamblicus: iulianusq̃
sed oẽs affirmant. Et procul⁹ ait ad solis aspectũ om
nes omniũ celestium uirtutes congregari in unũ: atq̃
colligi. Iouem uero esse solem quendam ad nos tem
peratum nemo negabit: lunam quoq̃ tẽperatam ad
uenerem ne neglexeris: multum. n. ad ualidã: ꝓsperã
q̃ uitã adiuuat: siquidem uenus fecundat hominẽ:
facit q̃ letũ: hanc igitur obseruabis. Quanq̃ si lunã
ueneri similem. s. hũore prorsus equalẽ: & uix minus
calidam cum ioue rite misceas: aut sole propemodũ
iam uenerem habes. Quid ergo? ut tutissima omniũ
et cõmodissima simul incedat uia lunã obserua: qñ so
lem aspicit: coitq̃ cũ ioue: uel saltem iouẽ simul aspi
cit: atq̃ solem: aut certe quãdo post aspectũ solis mox
ad iouis coitũ progreditur: uel aspectum: atq̃ eo ip
so tempore cõpone iuicẽ: uel adhibe tibi solaria: ioui
eq̃ simul: atq̃ uenerea. Q d si te ad unũ ex magnis
cõfugere necessitas urgeat: uel negotiũ: ad iouẽ ipsũ:
uel potius ad lunam simul: iouemq̃ confugito. Nulla
eni stella naturales in nobis uires: imo & oẽs magis:
q̃ iuppiter

q̃ iuppiter fouet: atque corroborat: nulla rursū polli-
cetur ꝓsperiora: simul atq; plura: & ubiq; hunc acci
pere faustum est. Solē uero accipere forsitā non ubiq;
tutum: semper enī ille iuuat: hic sepe nocere uidetur:
uenus autē quasi debilis ideo solus ille iuuans pater
est appellatus. Id autē comprobat ptolemeus: ubi ait
pharmacū uix quicq̃ mouere naturā dumtaxat: quā
do luna cū ioue congreditur: usq; adeo illinc proprie
totam putat uniuersi corporis corroborari naturam.
Expertus sum qn etiā luna coniuncta cū uenere me-
dicinā uix mouere: quāuis aūt ubi pituitā ualde time
mus: lunā precipue obseruemus ad solē: ubi uero bilē
exsiccationemq; eiusmodi ad uenerem: tñ directuz lu
ne ad iouē: & ad hec oīa quodāmodo cōfert: & preci
pue ad atrā bilē expellendā: necnō ad cōmunē homi
nū cōplexionē instaurandā: atq; firmandā. Sicut enī
glyziriza & oleū rosaceū frigidiora calefacit: calidio
ra refrigerat: uinū q; similiter. Quod īsup hūectat sic
cat hūidiora siccat: ita iuppiter hūano cōgruus calori
ut uinū: oleū rosaceū: camomilla: glycirhiza. Vbi igi
tur audis albumasar dicentē nō est uita uiuentibus p̄
ter deū: nisi per solē: & lunā: id intellige quantū ad cō
munē oībus spectat influxū: proprius aūt hōi accom
modatissimusq; influxus ab ioue. Sunt aūt in natu
ra corporis uires attrahendi: retinendi: coquendi: ex
pellendi: has igitur oēs iuppiter ipse iuuat: potissimū
uero coquendi: siue digerendi uirtutē: atq; generan
di: & nutriendi simul: & augendi pp hūorem eius ae
reum atq; multū: & calorē eiusdem amplū: humori
mediocriter domiantē. Profecto p radios iouis semp
usq; quaq; diffusos lumē solis propriū ad salutē ho
minū maxime temperaī: radiis interī ueneris ad idē

assidue conferentibus. Atq; similiter transferente lu
na radii quidē ueneris: atq; lune tanq̄ hūidiores quo
dam indigent temperantie: sicut & solis radii tanq̄ ca
lidiores humidioris cuiusdam temperiē exigunt. Ra
dii aūt iouis temperamentū nullū desiderāt: quid. n.
aliud iuppiter est? nisi sol quidā ad salutem rerū preci
pue humanarū ab initio tpatus? Quid rursus aliud?
nisi luna: uenusque: facta tamen calidior: atq; poten
tior? ideo astrologi ab ioue auspicantur ānum ferti-
lem: serenum: salubrem: & ab eo imminētium mor-
borum remedia sperant. Atq; empedocles ubi ꝓpria
unicuiq; planetarū munera tribuit: iouē solum gene
rationis principem nominat orpheum imitatus. Pre
ter iouem precipiunt lunam diligenter in omnibus
operibus obseruandam tanquam medium inter cele
stia competens: atque terrena. Sit ergo luna in gradu
situque: & aspectu ad opus optatū conueniente: non
sit in ecclyptica: nec sub radiis solis per gradus duo-
decim ultra citraque: nisi forte sit in eodem minuto
cum sole: plerique uero uolunt omnes planetas fore
fortes: quādo in unitate solis extiterit. Vnitatem ue
ro metiuntur minutis duobus: atque triginta ut. xvi
quidem citra. xvi. uero ultra connumerentur. Non
impediatur a saturno uel marte: non descendat in-
latitudine meridionali: quādo duodecim dictos gra
dus egredietur. Non sit opposita soli: nec lumine mi-
nuat: nec tarda cursu: quādo scilicet die uno duodecī
non peragit gradus. Non sit in uia combusta gradu
libre. xxviii. ad tertium scorpionis: nec in octaua: nec
in ascendente: nec in finibus martis: uel saturni. Qui
dam uero nec in sexta: duodecima: nona: quarta: lu
nam uolunt: in ceteris uero celi plagis approbant

Vbi

Vbi hec omnia complecti nō potes: iouem saltem expecta: uel uenerem in ascendente: uel decima: sic enim subueniunt detrimētis lune. Nec ab re fuerit recordari: quatenus luna lumine augetur: eatenus & nobis nō solum humorem: sed spiritum etiam: uirtutemq; augeri: atq; hec ad circūferentiā dilatari: maxie in secūda eius quarta. Quando uero minuitur: contra contingere: presertim in ultima quarta: primum eius ad solem trinum preesse secūdo: hunc sextili primo: hūc sextili secundo: lunam quatenus lumine eatenus repleri calore. Videntur ergo quidam nō tam obseruare quomodo aspiciat luna solem: semper enim aspicit q̃ ut plurimum lumen habeat: presertim dum augetur. Aspiciat uero interim trino uel sextili iouem aut uenerem: proinde uirtutem attractiuā ignea iuuant: retentiuā terrea: digestiuam aerea: expulsiuam aquea si tu has omnes in te adiuuare uolueris: attractiuam quidem per ignea maxime roborabis: quando luna in signis uel stationibus igneis constituta iouem aspicit: scilicet ariete: leone: sagittario. Retentiuā per terrea potissimū: quādo intuetur eundem in signis: uel stationibus terreis collocata tauro: uirgine: capricorno. Digestiuam generatiuamq; per aerea scilicet geminos: libraȝ: aquarium: quotiēs sub aereis iouem suscipit: aut subit. Expulsiuam per aquea: cācrum: pisces: scorpium: quando sub aqueis ipsa posita iouis radiis illustratur. Maxime uero in his omnibus consequeris optata: si iuppiter eadem: uel similia: ul saltem nō dissimilima signa mansiones ue possederit. Citaturus aluum solidis medicinis: accipe pisces: liqdis scorpionem: mediis uero cancrum: per inferiora purgaturus pisces & scorpium: per superiora cancrum. Ma

Sig. Ignea

Terrea

Aerea

Aquea

ſum ſaturni: uel martis ad lunam deuitabis aſpectuꝫ ille enim uexat ſtomachum: hic iteſtina diſſoluit. Capricornum euitabis et tauruꝫ: nauſeam enim afferũt; ſcis membrũ irritandũ non eſſe: qñ luna ſignũ occupat membro preſectũ: humores nanqꝫ mouet: ſed potius eſſs fouendum. Hec uero de uirtute & ſpiritu naturali in iecore precipue dominantibus: que in quattuor officia: que narrauimus: diuiduntur: dicta ſufficiant. De uirtute uero: ſpirituqꝫ uitali in corde uigente quidnam monemus? ſatis id ferme ſignificatũ eſt. nam per res ĩ primis igneas: & quodãmodo ſimul aereas hec adiuuantur: quãdo luna in domiciliis manſionibuſue cõſimilibus ſuſpicit iouem: precipue ſi iouẽ complectatur: & ſolẽ. Virtutẽ quoqꝫ anialem ꝑ ſenſum & motũ in capite dominantẽ confirmare potes ꝑ aerea in primis: ſubiunctis ĩgneis: et quãdo luna ĩ domiciliis: uel ſedibus cõſimilibus iouem ſuſpicit: preſertim ſi iouem propemodũ: mercuriũqꝫ cõplectit̃. Hic uero te moneo: ne mercuriũ putes aqueũ eſſe: uel terreum: qđ & ego aliqñ ſuſpicatus ſum: alioqn motibꝰ celeritatiqꝫ ingenii nõ cõferret: ſed quodãmodo aereum eſſe ſcias. Nam & ob eãdem cauſam tã mobilis eſt tam facile cõuertibilis: tantũ ingenio confert: preſertĩ in aquario plurimum aereo cõſtitutus. Humor qdem in eo temperatus eſt: calor exiguus: ſub ſole poſitꝰ dicitur exſiccare: lõgior aũt a ſole factus humectare putatur: ibi quidem calefacere multum ex natura ſolis. Hic uero calefacer̃ parum admodũ: & humefacer̃ magis ſuapte natura: calore forſan non cedit ueneri: lunam ſuperat humor̃ uero cedit utriſqꝫ. Aly ꝓbat mercurium qualitates celeſtium cõmiſcere: quoniam facillime permutetur: tum ĩ qualitatem termini: quem ſu

bit:

bit:tum ĩ naturam stelle:quam aspicit. Ego igitur ta
men facile permutari puto:quia nec excellentem pote
statem:quam iuppiter habet:nec excedentem quali-
tatem:quam pleraqꝫ celestia : per quam alterationi re
sistat. Deniqꝫ probabile est mercurium assiduum solis
achatem:multas illius uires habere:ideoqꝫ sperari so
laria quedam a mercurio posse. Aliqñ uero & martẽ
tradunt:solem in quibusdam muneribus imitari: ac
uenerem:que ad lunam pertinent:elargiri. Hec igi-
tur in agendo memineris:neqꝫ negligas unq̃ termios
aiunt enim planetas in diuersis terminis : ceu lucidis:
atqꝫ tenebrosis opposita facere. Deniqꝫ ubi martem
times:oppone uenerem:ubi saturnum : adhibe iouẽ:
ac da operam:ut in ꝑpetuo quodã pro uiribus motu
uerseris tantũ defatigatione uitata:ut & propriũ mo
tũ externis motibus clam nocituris opponas : & cele
stem actũ pro uiribus imiteris. Quod si poteris spatia
motibus ampliora peragere:sic & celum potius imita
beris :& plures celestiũ uires passim diffusas attiges.

¶ Quomodo mẽbra foueantur in nobis ꝑ cõparati
nem lune ad signa:& ad stellas fixas. Cap. vii.



Otum (quemadmodum diximus) cor-
pus fouere poteris:caput uero potissimũ
si planetas obseruaueris in ariete : uel in
suo quemque domicilio primo: ꝑcordia
si in leone:stomachũ: iecurqꝫ si in cancro
atqꝫ sagittario:aut saltem in uirgine. Et
acceperis ea:que proprie membrũ petũt: expedit quo
qꝫ nosse:que quisqꝫ planeta mẽbra in signo quolibet
habeat. Potes etiam proprie pro etatis discrimine cõ
sulere unicuiqꝫ per quattuor etates lune. Hec enim a
nouilunio usqꝫ ad quadraturam primam iuuenis est.

deinde ad plenilunių est iuuẽis: atque uirilis: hinc ad quadraturã alteram uirilis simul atq; senilis: inde us q; ad cõiunctionem est senilis: etatem itaq; lune felici ter etati curandi corporis adhibebis: si tunc aspectuz eius ad aliquã trium gratia℞ acceperis: qui sane aspe ctus lune semper: & cito gratiosa largitur. Neq; tamẽ facile admodum diuturna uel maxima nisi preter in/ tuitum lune: etiam ipse gratie mutuo se conspiciant: iam uel propemodũ cõspecture sint: aut tres ipse: aut due: in primis uero diuturna prebẽt signa fixa: leo. s. aquarius: taurus: scorpius. Si forte nõ possis in presẽ tia lunã ad planetas gratiosos opportũe dirigere: stel las elige fixas gratia℞ naturam. i. iouis: aut ueneris: aut solis habentes: & ad eas directã lunã elige: tutius tamen est lunã interea iouẽ propemodũ adire: uel ue/ nerem. Stelle nãq; fixe si solẽ spectent: ꝓportionẽ hũa nam. i. unius hominis nimis exsuperant: proportionẽ uero cum ciuitatibus moderationem habent.

¶ De uirtutibus: & usu stellarũ fixa℞. Cap. viii.



Radunt astrologi: maiores quasdã stel/ las a mercurio cõpertas auctoritatẽ ha/ bere q̃ plurimam: qualis est in arietis gra du. xxii. umbilicus ãdromade: mercuria lis: atq; ueneree. Itẽ in tauri. xviii. caput algol: naturã saturni possidẽs: atq; iouis cui subesse uolũt adamantẽ: & artemisiã: & audaciã uictoriãq; prestare. In eiusdẽ gradu. xxii. pleiades lũa re sydus: & martiũ: cui subiiciũt christallũ: herbã dia cedon: semẽ feniculi cõferre putant ad acuendũ uisũ. Quod aũt nõnulli dicunt cõducere ad demõas cõuo candos: figmentũ esse iudico. Aldeborã prio ul' tertio gemino℞ gradu martiũ: atq; uenereũ. Hircus gradu

eorũdem.xiii.iouius atq; saturnius: huic subiiciũt sa
phyrũ: prassiũ: mentã: artemisiã: mandragorã. Ad di
gnitatem & principũ gratiã adiuuare confidunt: nisi
forte eos opinio fallat: illi subesse uolũt rubinũ: titi-
mallũ: marti syluã: diuitias: & gloriã augere. In cãcri.
vi.vel.vii.canis maior uenereus preest berillo: sauine:
artemisie: dracontee: prestat gratiã. Itẽ in.xvii.eiusdẽ
canis minor mercurialis & martius: cui subesse uolũt
lapidẽ achatẽ: herbam sol sequiã: & pulegiũ: atq; gra
tiam elargiri. In leonis.xxi.cor leonis stella regia: io-
uialis: & martia: huic subiici putant lapidem grana-
tum: chelidoniam: masticem: melancholiam reprime
re: temperatum: gratiosumq; efficere. In uirginis.xix.
cauda urse maioris uenerea: & lunaris: lapidem eius
magnetẽ putant: herbam cicoream: & artemisiam a
raptoribus ueneficisq; tueri. In libre.vii.ala corui dx
tra. Itẽ i eiusdẽ.xii.& forte.xiii.ala sinistra saturnia
simul: & martia: eius herbam lapaciũ: & hyusqamũ
esse aiunt cũ lingua rane: audaciã augere: fore noxiã.
In eiusdẽ.xv.uel.xvi.spica uenerea: mercurialisq; quã
sequatur smaragdus: saluia: trifoliũ promarulla: arte
misia mandragora: diuitias augeat: & uictoriã: et ab
angustia uindicet. Deniq; in eiusdẽ.xvii.uel.xviii.al
chamet huic subdũt iaspidẽ: et plantaginẽ: firmare sã
guinẽ sperant: febres oẽs expellere. In scorpionis q̃rto
elpheia uenerea: martiaq; secundum uero cõputatio
nem aliam in gradu eiusdem quinto est cornea: forsã
eadem presidens topatio: rorimarino: trifolio: hedere
augere gratiam: castitatem: gloriam putant. In sagit-
tarii: tertio: cor scorpionis martiũ: atq; iouiũ, presidẽs
sardonio: amethisto: asterologie longe: croco. Opi-
nantur colorem bonum efficere animum letum sa-

pientemq; reddere demonia propulsare. In capricorni gradu septimo uultur cadens: hanc sequitur chrysolithus: saturegia: fumus terre: stella est mercurialis: atq; uenerea temperata in ascendente: medioq; celo prodest: quod autem excantandi auctoritatem afferre dicant: nihili pendo. In aquarii .xvi. cauda capricorni saturnia: mercurialisque quam sequitur calcidonius: maiorana: nepita: artemisia: mandragora: prestare in causis gratiam opinantur diuitias augere hominem ad domum incolumem reddere. In piscium tertio humerus equi iouialis: & martius. Thebit philosoph⁹ docet ad captandam alicuius stelle modo dicte uirtutez lapidem eius accipere: herbãque eiusdem: annulũqz aureum facere: uel argenteũ: in quo lapillum inseras herba subiecta: geraiq; tangentem. Id autem efficias quando luna subit stellam: aut aspicit aspectu trino uel sextili: & stella in medio pcurrit celo: uel ascendente. Ego uero que ad eiusmodi stellas attinent: in formam potius medicine q̃ annuli cõponerem itrinsecus uel extrinsecus adhibende: opportunitate: uidelicet pdicti temporis obseruata: tametsi prisci ãnulos magnifecerint. Nam damis & philostratus narrant hiarcham sapientũ indoꝝ principẽ simili quadã rõne septem ãnulos confecisse: stellaꝝ septem noibus appellatos: eosqz apollonio theaneo dedisse. Qui deinde singulos diebus singulis gestauerit iuxta dieꝝ noia hos distinguens. Dixisse uero hiarchã apollonio auũ suũ phũm annos centũ atq; tringita uixisse: eiusmodi forsan celesti munere fretũ: quo & appollonius: deinde usus centesimo ẽt anno (ut aiuut) iuuenẽ pferebat. Deniq; si qd eiusmodi ãnuli uirtutis habẽt ex alto id quidem non tam ad aiam: uel ad crassum corpus pertinere

tinere arbitror q̃ ad ſpũm:calefacto paulatim ãnulo ſic inde: uel ſic affectum:ut firmior efficiatur:aut clarior: uehementior: aut mitior: ſeuerior: aut letior. Que qdem affectiones in corpus quidem oĩno: & in aiam ſenſualẽ quodãmodo plerunq; indulgentẽ corpori tranſeunt. Quod ãt aduerſũ demonas: aut hoſteſ: aut ad principũ gratiã ꝓfuturos ãnulos pollicentur: uel fictũ eſt: uel inde deductũ: ꝙ ſpũm interritũ: firmũq; efficiant: uel etiã manſuetũ: obſeqoq; amabilem: atq; gratioſũ. Iam uero ſi qd celeſtia ꝑter corpoream ualitudinẽ cõferre ad ingeniũ: artẽ: fortunã dicerẽ: ab aquinate thoma noſtro nõ diſſiderẽ: qui in libro contra gentiles tertio ꝓbat: a corpibus celeſtib⁹ imprimi nõ nihil in corpe nr̃o: cuius munere diſpõamur ad eligendum ſepe qđ melius eſt: ẽt ſi rationem: finemque neſciamus: quaquidẽ in re bene fortũatos appellat: atq; cõſentiẽte ariſtotele bene natos. Addit etiã uirtute celeſti fieri nonnullos in qbuſdam artiũ effectibus efficaces (ut eius uerbis utar) ſicut miles in uincendo: agricola in plãtando: medicus in ſanando felices. Ait.n. ſicut herbe: lapideſq; mirabiles q̃ſdam ultra naturã elementalẽ uires celitus habent: ſic hoĩes quoque in artibus nõnullos habere. Mihi uero ſatis fuerit factũ: ſi celeſtia quomõcunq; quaſi per medicinas: ſiue interiores: ſiue exteriores ad proſperã conferant ualitudinem: dũmodo interea ſalutem corporis perquirẽtes iacturam nullã ſalutis anime faciamus: nihil oĩno tentemus a ſancta religione prohibitum. Preterea in opere quouis conficiendo fructum operis ab eo ſperemus: atq; petamus in primis: qui et celeſtia: & que continentur celo fecit: & uirtute donauit: mouetque ſemper: atque conſeruat.

¶Dignitates planetarum in signis ad usum medicinarum obseruande. Cap.ix.


Aturni domus aquarius: & capricornus: exaltatio libra. Iouis domus sagittarius atq; pisces: exaltatio siue regnum cancer. Martis domiciliũ: scorpius: & aries: exaltatio capricornus. Solis sedes qdem est leo: regnũ aries: ueneris habitaculũ taurus atq; libra: exaltatio pisces. Mercurii edes: uirgo atq; gemini: regnũ uirgo. Lune domus cancer: exaltatio taurus. saturnus & iuppiter triplicitatem habẽt in igneis: aerisq; signis; sol in igneis tm̃ mercurius in aereis solũ; mars: uenus: luna in aqueis: atq; terreis. Planete qlibet pter solem: ac lunã in quolibet signo fines quosdã suos possidẽt: quos & terminos appellamus: igit̃ in ariete iuppiter sex ibi primos terminos obtinet: uenus sex: inde sequẽtes: mercuri9 posteriores octo: mars quinq; deiceps: postremos qnq; saturnus. In tauro ordine deinceps simili uenus fines habet octo: mercurius sex: iuppiter octo: saturnus qnq;: mars dẽiq; tres. In geminis mercurius sex iuppiter sex: uenus qnq;: mars septẽ. Saturnus in. vi. cancro: mars. vii. uẽus sex: mercurius totidẽ: iuppiter septẽ: saturnus quattuor. In leone iuppiter sex: uenus quinq;: saturnus septẽ: mercurius sex: mars totidem. In uirgine mercurius septẽ: uenus decẽ: iuppiter quattuor: mars septẽ saturnus duos. In libra saturnus sex mercurius octo: iuppiter septẽ: uenus totidem: mars duos. In scorpione mars septẽ: uenus qttuor: mercurius octo: iuppiter qnq; saturn9 sex. In sagittario iuppiter duodeci: uenus qnq;: mercurius qttuor: saturn9 qnq;: mars quattuor. In capricorno mercurius septem iuppiter septem: uenus octo: saturnus qttuor: mars totidem

totidem. In aquario mercurius septē: uenus sex: iuppiter septē: mars qnqз: saturnus totidē. In piscibus: uenus duodeciз: iuppiter q̄ttuor: mercuri⁹ tres: mars nouē: saturnus deniqз duos. Sol aūt & luna alia rōne fines suos hn̄t: nā sol qdeз signa sex ꝓ finib⁹ hēnt leonem: uirginē. librā: scorpiū: sagittariū: capricornū luna uero reliquos aquariū; pisces: arietē taurū: geminos: cancrum: solē igit̄ atq; lunā in his signis cū principatū effectūqз: quē reliq planete in suis finibus habere putāt. preter fines habēt ī signis suas planete facies quas greci decanos nominant: decē occupantes signi gradus. In ariete facies prima martis: secunda solis: qui martem in celo seqtur ordine chaldeorum tertia ueneris: que soli succedit ī celo. In tauro prima facies mercurii sequentis uenerē: secunda lune: que mercurio succedit: tertia saturni ad hunc enim redeundum est: impleto iam numero planetaꝵ. In geminis prima iouis sequentis: uidelicet saturnum: secunda martis: tertia solis eodem ordine similiterque deinceps.

¶ Quomō planetis uti debeamus ī medicinis. C.x.



Ommemorauimus autem quas ī signis planete dignitates habent: ut quotiens facturi: compositurique sumus: que ad planetam aliquem attinent: sciamus eum in suis dignitatibus collocare. Presertim quando habuerit in nostra reuolutione: & genesi principatum: ut etiam saturnus. atque mars (alioquin deprimendi) nobis tamen sint erigendi: si geniture nostre significatores extiterint. Maxime uero opere precium ex hac commemoratione fecerimus: si quando usuri in medicinis conficiendis beneficio lune: & ueneris: atque iouis: cauebimus: ne in finibus saturni: uel martis existant:

Iteram.

nisi forte ubi cogimur: uel per saturnum cohibere dis solutionem: estūq; reprimere: uel p martē frigidissima calefacere: torpentia suscitare: alioquin fines iouis: & ueneris eligemus. Accipiemus quoq; mercurii fines: mercurialibus in primis hominibus pfuturi: neq; late re nos debet homines ualde mercuriales: quales sunt q ingenio: artificio: eloquio pollent: non mediocriter esse solares mercurius enim semper est apolline plenus

Dom. 12.

Vt aūt quiuis intelligat: qūo figuras in celo describa mus in horas: signū qd' ab oriēte surgit: primā appel lamus: uiteq; domū. Quod succedit in ortū: secūdam tertiāq; deiceps: aliasq; similiter: ita ut septia dom? sit signū: qd' in occidēte iā descendēs opponit ascendēti huic octaua succedit: nona uero e medio cadit celo qd' decimā domum efficit: huic succedit undecima: sed duodecima cadit ab ascendēte. Vt igitur planete sint potētes: habēdi sunt i angulis: uel orientis: uel oc cidentis: uel medii utrinq; celi. Maxīe uero in angulo ascendētis: aut decime mediū supra caput obtinentis celū: aut saltem i plagis q̄ angulis mox succedūt: tam & si solem qdem in nona: que a medio cadit celo: lu nā uero in tertia ēt cadente gaudere putant. Duas in ter hec regulas mēte teneri astrologi uolunt: unā qdē egrotātis rōne: alteram uero medici: nēpe ubi egro tantis septia domus p saturnū: uel martē i fortunata ē: uel dn̄s eius ifelix: separa medicū ab egroto si ptho lomeo credis. Preterea medicum electurus: saturniū martialēq; declinare iubet: eumq; pquirere: i cui? ge nitura domus sexta p aspectū solis: uel p uenerē: aut iouē quomodocūq; fuerit fortūata. Infortunatū ue ro dicimus signū: uel plan̄tā: p saturnū: aut martem (nisi ppria domicillia sint. uel regna) quādo uidelicet:

uel ibi

uel ibi sunt:uel illuc aspiciũt opposito:uel quadrato. Oppositũ uero aspectũ dicimus inter illa: q̃ interuallo discrepant q̃ lõgissimo:quadratũ uero:ubi hoc ab illo quarta parte celi:idest signoꝝ trium spatio distãt Minus tamẽ p cõiunctionẽ oppositũ quadratũ saturnus:& mars planetis aliis nocent:quãdo tanq̃ hospites eos domicilio:uel regno suo terminoue suscipiũt. Quẽadmodũ planete felices magis ꝓsunt: qñ preter sextilẽ trinũue aspectum:atq; coniũctionẽ:etiã (ut diximus) sic excipiunt:solis tñ coniũctionẽ planete uerenť:aspectu gaudent:trino uidelicet:uel sextili. Proinde necessariũ est meminisse arietẽ preesse capiti:atq; faciei:taurum collo:geminos brachiis:atq; humeris: cancrũ pectori:pulmonibus:stomacho:lacertis:leonẽ cordi:& stõacho:atq; iecori:& dorso: & costis posterioribus:uirginẽ:ĩtestinis: & fundo stomachi:libram rẽibus:& femori:atq; natibus:scorpionem gẽitalib⁹ uulue matrici:sagittariũ femori:atq; subinguinibus: capricornũ genibus: aquariũ cruribus:tibiisq;:pisces pedibus. Huius enim ordinis memor cauebis mẽbrũ tangere ferro:uel igne:uel cucurbitulis qñ lũa sub ei⁹ signo discurrit:tunc enim auget luna hũores in membro:quorum affluẽtiã:& consolidationẽ ꝓhibet: & grauat mẽbri uirtutẽ. Obseruabis autẽ tũc mẽbrũ remediis q̃busdã amicis:uel extra:uel intus adhibitis: opportũe:feliciterq; fouere. Expedit uero nosse q̃d signũ ascenderit tibi nascẽti:naʒ preter arietẽ:hoc ẽt tibi caput significat:atq; in hoc luna tibi caput aspicit. Preterea:qñ lũa arietẽ subit:opportũe balnea tentas, & lauachra:qñ cancrũ:felicit̃ minue sãguinẽ:mediciaʒ accipe:p̃sertim electuarii formã:qñ est ĩ leone:ne ꝓuoca uomitũ:cũ in libra:clysterib⁹ apta est:in scorpione

Signa Membroꝝ

balnea nec tentes. Sunt qui medicinam solutură dare nec prohibent neqȝ iubent: in capricorno medicinam sumere nocet similiter in aquario: in piscibus uero prodest. Que uero membra ī quouis signo unusqsque habeat planetaruȝ: & si scitu necessum est: tñ narratu prolixum: neqȝ uero in purgatiōe alui latere nos debet ptolemei preceptū medicinam accipe purgatoriam: quando luna est in cancro: piscibus: scorpione ꝓbamus: presertim si dñs signi tunc ascēdentis applicet se planete sub terra currenti. Sin aūt ascendentis dñs coniūgat̄: interea supra caput cum planeta medium tenente celū nausea stati: & uomitus incitabit̄ Deniqȝ concludamus cū galeno astrologiā esse medico necessariā: qui de criticis diebus disputans ait: certaȝ esse egyptioꝝ sñiam.i.lunā significare affectionē in dies egrotātis: atqȝ sani: adeo ut si misceant̄ cū lūa radii iouis & ueneris: bñ afficiat̄ uterqȝ: sin aūt saturni: uel martis cōtraria rōne se habeat. Sed latius iā ꝑuagati ad spūm tandē: et uitā: atqȝ gr̄as reuertamur.

¶ Quibus modis spiritus uoster haurire plurimum potest de spiritu: uitaque mundi: & qui planete spiritum procreant: atque recreant: & qualia ad unum quemqȝ planetam pertinent. Cap.xi.

Huc uero tendunt hec oīa ut spūs noster rite per naturalia ꝑparatus: atqȝ purgatus accipiat ab ipso uite mundane spū plurimū per radios stellarū opportune susceptos. Vita qdem mūdi oibus insita ꝓpagat̄ euidenter ī herbas: & arbores: quasi pilos sui corporis: atqȝ capillos. Tumet insup in lapides: & metalla: uelut dentes & ossa pululat quoqȝ in uiuentes cōchas terre: & lapidibus adherentes. Hec enim non tam propria: q̄ ipsa cōmu

ni totius uita uiuunt: que sane communis uita mul-
to etiam magis super terram in corporibus uiget sub
tilioribus tanq̃ ꝓpinquioribus anime per cuius uigo
rem intimum aqua: aer: ignis: uiuentia sua possidet:
atqꝫ mouentur. Vita hec aerem: ignemqꝫ etiam ma
gis q̃ terram: & aquam fouet: agitatqꝫ perpetuo mo
tu. Et deniqꝫ celestia corpora quasi mundi caput: ut
cor: uel oculos q̃ maxime uegetat: unde per stellas ue
lut oculos radios non uisibiles solum: sed etiam uisu
ales usque quaque diffundit. Quibus more struti: ut
diximus: alibi inferiora conspicit: fouetque uidendo
immo etiam ita tangendo generat: & format omni-
fariam: atqꝫ mouet: igitur ad motũ nitentis aque se
reni quoqꝫ aeris: ignisque moderate distãtis atqꝫ celi
motum mundane uite suscipies. Si ipse quoqꝫ leiter
& ferme similiter mouearis: quosdam pro uiribus gi
ros agens: uertigine deuitata: celestia lustrans oculis
mente uersans: item frequenti quodã usu plantarꝫ: si
militerque uiuentium potes e mundi spiritu plurimũ
haurire presertim si adhuc uiuentibus recentibusqꝫ:
& matri terre quasi adhuc herentibus nutriaris: atqꝫ
fouearis. Inter plantas suauiter redolentes: uel salteꝫ
non male olentes uerseris q̃uamfrequentissime: om-
nes enim herbe flores: arbores: poma redolent: quam
uis sepe minus animaduertas. Quo quidem odore q̃-
si flatu: spũqꝫ uite mundane te undique recreant: at
que uegetant: spũm ĩtq̃ tuum odoribus eiusmodi na
tura simillimũ perqꝫ spũm mediũ inter corpus: & ani
am: facile corpus quoqꝫ reficiũt: & anime mirifice pro
sunt. Inter hec diutissime diurno tpe sub diuo uersa-
beris: quatẽus tute: uel commode fieri potest in regio
nibus altis & serenis: atqꝫ temperatis. Sic. n. soli: stel

larumqꝫ radii expeditius:puriusqꝫ undiqꝫ te cōtin-
gunt:spiritūqꝫ tuū cōplent mundi spiritu per radios
uberius emicante. Preterea naturalis ipe motus aeris
qui ꝑpetuus est in orbē:q̃uis ob lenitatē suā:cōsuetu
dinēqꝫ diuturnā uix ꝑcipiat ab ullo :te die sub diuo
deambulantē:habitantēqꝫ in patētib⁹:editisqꝫ locis
libere lābit:penetratqꝫ pure:ac motū : uigorēqꝫ spūi
tuo mūdanū mirifice prestat. [redacted]:comptū
[redacted] habemus : nocturnū aerē esse spiritibus inimicū:
conferet aūt diurni usus:presertim si plurimū in apto
deambulans:deuites primo quidē nimiā aeris ītepe-
riē:deinde frequentius mouearis in eo:q̃ preter tem
periē:& serenitatē eius:stellaꝝ positio magis est hōi-
bus salutaris. Itē si loca eligas pre ceteris odorifera:ꝑ
que situm quotidie mutes: & ipse quasi cōtinue & le
niter mouearis. Mutare locū q̃uis semꝑ cū delectu ꝑ-
cepi:quoniam bona celestiū:& uniuerse nature apud
nos sunt rebus:locisqꝫ aliis passim:atqꝫ aliis distribu
ta:quibus deniqꝫ oībus est fruēdū. Mitto ꝙ uarietas
tediū prohibet spiritibus inimicū: propriūqꝫ saturno
uoluptatē uero affert : ꝑ quā (ut ita dixerim) uenus
ipsa uoluptatis amica uenit in spiritū:atqꝫ qᵈ eius of
ficiū est:hunc stati ingressa propagat. Sūmati uero si
quis cōsideret paradisum: & pomi uite usū apud mo
ysē:itē similem uictū a platone positū in phedone:&
que plinius de populis ait odore uiuentibus:ītelliget
esse uera:que dicimus. Sed ad naturā spūs descenda
mus:spiritus quidem qualitas est proculdubio iouia
cuius tempore nobis infunditur :est & solaris:iuppi-
ter enim hunc infundit : quatēus ingentem solis in se
tempat potestatē. Itē alia quoqꝫ rōne iouia est : quo
niā calida est:& humida:& calore abūdat poti⁹ q̃ hu
more

more:nasciturq; sanguīe:et uapor qdam sanguineus appellatur. Rursus quoniam feruet: & subtilis est ad modum:atqz lucens:oriturqz corde:solaris pculdubio iudicatur. Habet & quodamodo ueneream in se uirtutem:nam motu uenereo prorsus exundat pfluit:transfertur:prolēq; propagat:ad uoluptatē cuiuslibet sensus se dilatat:refugitque dolorem. Sūmatim uero spiritus quātenus corpori ad uitam:et motum: propagationēq; cōducit:iouis:uenereus:solaris:existimat:q̄tenus anio ad sensum:imaginationēqz ministrat:solaris:mercurialisqz cen(et:& ubiqz mercurialis existit. Quādo qdem adeo mobilis est: & tā facile cōuertibilis atqz formabilis:saturni:martis:lūe san? cōiter spūs non multū habet:alioqn ex illo sepe stupidus:ex hoc furiosus:ex hoc obtusus quodāmō foret Quamobrē lunaria qdem uelut crassiora:simulq; humidiora a subtili et uolatili natura spūs sūt admodū aliena. Que uero saturnalia multum:atq; nimiū materialia sunt:quasi uenena sūt spiritui naturaliter inimica:illa qdē ob extremā frigiditatem atqz siccitatē: hec aūt ob siccitatē:calorēqz edacē:iouia igit̄ & solaris in primis:deide mercurialis:& quodāmō uenerea spūs natura censetur. Distinctione uero precipua spiritus qdem naturalis ioui pprie dedicat̄:uitalis aūt soli:anialis uero mercurio. Quando igitur res postulat aliquem e tribus spiritum adiuuare:patrono tūc suo infortunato : uel debili : non facile clientulo succurrere poteris. Difficillime uero spiritui animali : dum mercurius infeliciter est affectus:qui tantā in animali spiritu auctoritatē habet:ut caduceo quodā suo animos tum cōsopire:tum suscitare dicat̄ : idest suo quodā aspectu sic: aut aliter se habēte obtundere ingeni

um:uel acuere debilitate: siue corroborar: uexare: ul sedare mirifice possit. Tu igit quotiés spūz aliquê studes excolere: nō mō patronū suuz obseruabis fortūatum: atq; potētē: sed etiam lunā eliges ad hūc opportune directā: non creatur autem: neq; recreat aliquādo proprie p influxum saturni solū substantia spiritus: sed semp ab externis ad intima: et sepe ab imis reuocatur ad summa: unde ad secretiora: & altiora otēplanda cōducit. Potest tamē: & si raro uis martis: atq; saturni spūi tanq medicina prodesse: uel calefaciendo: cum opus fuerit: & excitando: atq; dilatādo: uel uicissim nimis uolatilem cohercendo. Per ea uero potissimuz: q quattuor illis plāetis cōsentanea sunt: creatur natura spiritus: atq; recreatur: uerū si ad solaria quelibet ualde: & absq; delectu declies: exacues illū & exiccabis tandem: atq; dissolues. Si similiter ad uenerea liquefacies paulatim: uel obtundes: si confidas tantum mercurialib9 parū admodū ide pficies. Erit igitur operepretium: iouialibus uti qplurimū: eisq; reliqua mediocriter admiscere: ac frequētius uti reb9 que uel his oibus eque sint cōmunes: uel pprie ioui: nā he quoq; oibus quodāmō sunt cōmunes. Cōmunit āt ad hos oēs attiet: q substātiā habēt: nec igneā nimis nec prsus terreā: nec simplicit aqueā: nec acutissimam: nec obtusissimā qualitatem: sed mediocrē: & tactu lenem: & qdammodo mollē: uel saltē nō durā: siue asperam: item gustu quodāmodo dulcē: olfactu suauē: uisu gratā: auditu blandā: atq; iocundā: cogitatu letam dulcedo igitur quedam saporis: & gratia his oibus est communis. Si dulcedo quasi aquea ē: et simul pinguis: ad uenerem magis attinet; si quasi insipida: uel aliquātum austera: potius ad mercuriuz: atq; hec

[Marginal annotations: "res cōis oib 4 planetis ☉ ♃ ♀ ☿" ; "sapor ♀" ; "☿"]

qꝫ hec ſpiritui non multum proſunt:neceſſaria tamen ſunt interdum ad hebetandum nimium eius acumē. Si dulcedo manifeſta ſit:atqꝫ ſubtilis :& paulum habeat ſtiptici:acutique ſaporis:iouialis proprie iudicatur:Cui cōgruit ſubſtātia dulcis amygdale:pinei nuclei auellāe:piſtacii:amidi:glycirhize:paſſulaꝝ:uitelli oui:carniū gallinacei pulli:phaſianorum:pauonū:pdicum:ſimiliumqꝫ. Item radicum beē:atqꝫ enule:rurſus uini odoriferi clari:aliquantum dulcis :& ſtiptici ſachari cādidiſſimi:tritici albiſſimi. Ad iouem ptiet etiam manna:ſi modo myrobalani infuſa uirtute firmetur:alioquin non minus ad uenerem attinet q̄ ad iouem. Hec eſt utiqꝫ ſubſtātia:dulcedoqꝫ iouis ꝓpria. que ſane ſpūi creando:& recreando ante oīa confert:iouia uero plurimum ſunt omnia:que in libro de longa uita diximus : & ſeruare iuuentutem : & ſenibus ſalubria fore. Sin autem dulcedo admodū pauca ſit multumqꝫ acuti:ſtipticiqꝫ habeat : uel etiam non nihil amari:ſolaris eſſe cenſetur. ſimilis quedam ratio ē & diſtinctio de odoribus:hi enī ſaporum germāi ſūt. ſimili etiam de coloribus. Colores ſane aquei :albi:uirides:aliquantū crocei:ſimiles uiolaꝝ :roſarū:liliorum coloribus:necnon odores eiuſmodi uenerē referunt:& lunā:atqꝫ mercuriū. Colores uero ſaphiri : q etiā dicunt aerei: Itē purpurei pleniores aureiqꝫ argēto mixti:& ꝑpetuo uirides iouē. ardentes aūt crocei:aurei puri purpurei clariores:ſolem. quilibet uero colores ſi uiui ſunt:ul ſaltē ſericii.magis ſtellares exiſtūt. in metallis quoqꝫ :et lapidibus : atqꝫ uitris ꝓpter celeſtē ſimilitudinē ſunt potētes. Sed ut redeamus ad iouē:ſapor:& odor eius q̄ſi eſt:qualis ī aureo pomo perſico:ſimiliqꝫ pyro:uel arāceo:& uio maluatico leuioꝛ.

leuiq; uernaceo. Qualis in uiridi zinzibere: uel cina-
momo: uł dulci maratro: uł doronico: si hec plurio sa
charo cōdita gustent: nā quatuor hec: & nux musca-
ta recens sola si sunt: potius solaria sunt: solaris & ga
riophilus: & muscus: sed odoratu nō gustu: nō aspe-
ctu: ambra solaris plurimū atq; iouia. Crocus i oib⁹
est solaris: tā & si color eius & odor apud astrologos
oibus gratiis dedicatur: sapor aūt ad solē ꝓprie ꝑtiet.
deniq; oia odorifera: & aromatica quatenus odorez
gratū ferunt: ita ad iouē uenerēq;: & mercurium ꝑti-
nent ut ad solē. Quāuis inter hec acutiora magis ad
solē: obtusiora ad uenerē: mercuriūq; potius: ad iouē
proprie tēpata: olfactu: gustu: auditu: uisu: tactu.
Soni qnetiā: cantusq; grati: blandiq; ad gratias oēs
spectant: atq; mercuriū; minaces aūt admodū: atq;
flebiles martē preferūt: & saturnū. Neq; uero mireris
nos multū coloribus: odoribus: uocibus attribuere:
nā sapores qdem ad spiritū precipue ꝑtinēt naturalē:
odores aūt poti⁹ ad uitalē: aialēq;: colores: figure: uo
ces ad aialem. Motus quoq; animi uel letus: uel me-
stus: uel cōstans spiritū ad similitudinē suā agitat ue-
hementer. Aialem prio per hunc uitalē: ꝑ hūc insup
naturalē spūs tandē ois: quia ob naturā quoddāmo
do igneā aereāq; omnino: & lucidā: atq; mobilē: simi
lis est luminibus: ideoq; coloribus & uocibus aereis:
& odoribus: motibusq; animi: ideo per hec subito in
utrāq; partē mouet: atq; format. Et qlis euadit ipse
talē uicissim efficit quodāmodo affectū ai: & oio cor
poris qualitatē. Deniq; cū primū ꝑ illa: que gratiarū
propria sunt: opportune gratiis est expositis: utpote q
& naturaliter illis cōsentaneus erat: stati ꝑ illaꝝ radi
os: tū ubiq; uigentes: tū ipsi germanos mirifica repor
tat

tat munera gratiarum. ¶Res naturales atque etiam artificiose habent uirtutes a stellis occultas: per quas spiritū nostrum stellis eisdem exponunt. Cap. xii.



Vm uero dicimus spiritū exponi gratiis p illa que sunt gratiarum: non solū per qualitates que uidentur: audiuntur: odorantur: gustātur: sed etiā per illas: que tangūtur: accōmodari putamus. ¶Memento igitur calidū in primo gradu iouis esse; in secundo solis cū ioue; in tertio martis cum sole; in quarto martis. Frigidū in primo ueneris in secundo lune: in tertio lune cū saturno: in quarto saturni. Humidum in primo mercurii cū ioue: in secūdo ueneris cum luna: in tertio lune cum uenere: in q̄rto lune. Quando ueneri mercurioque cōiungitur siccū in primo iouis: in secundo mercurii cum sole: in tertio solis cum marte: in quarto martis cū saturno. Sūmatim ex qualitatibus planetarum: quas ptolemeus describit in quadripartito: colligimus harmoniā cūctis conflatam ad calorem: humorēque declinarī: calor enī martis ingens: atque solis: & temperatus iouis: ingentem superat saturni frigiditatem: & ueneris: luneque exiguam: ita ut calor ibi frigus excedat. Itē humiditas lūe: uenerisque plurima: & ꝓpinqua nobis: atque tēperata iouis: siccitatē saturni: martisque multā supat: & temperatā solis; calor igitur: hūorque frigori: siccoque dominanī: atque similiter calor humori. Quēadmodū in sani corporis hoīe ad celestē cōsonantiā temperato ex calore & siccitate cordis: itē calore & humore iecoris: rursum frigore & humore cerebri coalescit cōplexio q̄dam ad calorē: humorēque uergens mediocriter calore regnāte: calor.n. cordis et iecoris frigus cerebri supat: itē humor iecoris: atque cerebri siccitatem cor-

dis excedit. Neqz uero pretermissũ a nobis uelim talẽ existere ex stellis fixis harmoniã cũctis cõmunẽ: qualẽ diximus ex plãetis: hos. n. illis similes astrologi putant. Quorsum hec? ut memineris spũm: corpusqꝫ nostrũ p tẽperiẽ quandã ad calorẽ: humorẽqz uergentẽ: uel natura ɔstantẽ: uel arte quesitã accõmodari posse celestibus sibiqz celestia uendicare. Neqz tamen dicimus spũm nostrũ celestibus duntaxat p qualitates rerũ notas sensibus preparari: sed ẽt multoqz magis p proprietates quasdã rebus celitus insitas: & sensibus nostris occultas: ratiõi uix deniqz notas. Nam cũ proprietates eiusmodi: earũqz effectus elementali uirtute cõstare nõ possint: cõsequẽs est: a uita: spirituqꝫ mũdi per ipsos stellaꝝ radios singulariter proficisci: ideoqz per eas spũm affici q̃ plurimũ atqz q̃ primũ: celestibusqz influxibus uehementer exponi. Hac utiqz rõne smaragdus: iacynthus: saphyrus: topatius rubinꝰ unicorni cornu: precipue uero lapis bezaar apud arabes appellatus; occultis gratiaꝝ ꝓprietatibus predita sunt. Et idcirco nõ solũ intus assumpta: sed etiã si carnẽ tangant: ibiqz calefacta uirtutẽ suã promant: uim inde celestẽ spiritibus inserunt: qua se cõtra pestẽ tuentur: atqꝫ uenena. Quod aũt hec similiaqꝫ tale aliquid agant uirtute celesti: id argumento est: quia etiã exiguo pondere sũpta: nõ exiguũ habent in agendo momentũ. Quod elementari qualitati uix unq̃ est cõcessum igni uidelicet ualde celesti: materialis enĩ uirtꝰ ut agat multũ: materiã desiderat multam: formalis aũt etiã cũ minima materia ualet plurimũ. Simili uirtute in primis phebea peonia carnẽ tangens cõtra caducũ morbũ spũs armat: uapore ad eos intus infuso. Simili corallus & calcidonius aduersum atre bilis illusiones

lusiones iouis precipue: uenerisꝝ uirtute: ceteraq; simi
liter. Eiusmodi quadã ꝓprietate myrobalani iuuen-
tutẽ seruant: acuuntq; sensus: & ingenio prosunt: at
q; memorie: pp iouẽ in primis saturni tempatorẽ: at
qz mercuriũ sensus amicũ. Quã qdem arborem forte
aliqs in paradiso ad uitã ꝓrogandam extitisse puta-
bit; mercurio lapidẽ achatem cõsecrant: unde physici
cõueniunt ad facundiam: uisũqz: & cõtra uenena ua
lere. Serapio scribit eum: q iacyntũ: uel ex eo sigillum
gestat: esse a fulgure tutũ: atqz hanc uirtutem eius es
se latissime diuulgatam: quam si habet ab ioue puta
mus habere. Lapis aetites: uel aqlinus habet a lucia:
idest uenere: atq; luna: ut admotus uulue partũ mox
& facillime citet: quod rasis cõfirmante serapiõe fre-
quẽter se dicit expertũ. Forsan & a phebo: q trãsfixit
pythonẽ. cretea dictamus hẽt: ut & uenẽosis obsistat
& ferꝝ e uulnere trahat. Solis uirtute zinziber insu
sum epulis arcet syncopim: sentiana canis rabiẽ sedat
fugatqz serpentes: berbena uaticiniũ prestare fertur:
letitiãqz: & expiatiões: & uisum: ruta & zedoaria cõ
tra uenena theriacã agũt: thus uitalẽ et anialẽ spiritũ
aduersus hebetudinem: obliuionẽ: timorẽ fulcit: sal-
uia uero mentaqz uirtute iouis: illa quidẽ paralisim
fugat: hec uel odore roborat animũ. Eadẽ uirtute pẽ
thaphilon resistit uenenis: eiusqz foliũ bis quotidie
unũ uio bibitũ curat ephimeram: tria tertianã: quat
tuor uero quartanã. Hac herba sacerdotes antiq pp
puritatẽ suam in purificationibus utebant: agnus ca
stus potestate saturni uenereũ sistit motũ: iaspis uero
sanguinẽ. Mirabiles autem prouenire solent effectus
ubi occulte proprietati proprietas seruit elementalis:
uelut in myrobalano ad spiritũ: corpusqz firmandũ

non solū uirtus illa celestis agit: sed etiaꝫ stiptica multum: nec parum aromatica uirtus: que putrefactionē dissolutionḗq; mirifice ꝓhibet spūmq; corroborat. Iā uero ut crocus petat cor: spūm dilatat: ꝓuocet risum non solum occulta solis uirtus mirabiliter: sed ad idē quoqꝫ cōducit ipsa natura croci subtilis: amplificabilis: aromatica: lucida: qđ aūt de simplicibus dico: de cōpositis similiter dictū intelligi uolo. Dic age theriaca quō cōtra uenenū nobis opituleť? nō educit illa uenenū: astringit. n. aluū nō mutat oino tā subito ueneni naturā. Non. n. hec adeo debilis est: atq; mutabilis sed spūm uitalem potius ualde tenuē: & mutabilē subito conformi quadam ad ipsum proportione corroborat usq; adeo: ut ipse iam ualidus tanq̄ agens: una cū theriacha uelut istrumēto: parti supet uenenū. partim mutet: ptim a pcordiis arceat. Sed qua nā ꝓportione siue uirtute id efficit theriaca iouiali simul: atq; phebea: quā ex cōmistiōe multaꝝ rerum secundū certam ꝓportionem inuicē confusaꝝ sibi uēdicauisse uideatur: est aūt in ea uirtus triplex: hec ipsa inq̄ celestis quam modo dicebā. Item celestis alia prius in herbis aromatisque proprietas: quibus electis ipsa rite cōponitur q̄ uirtuti prius dicte subministrat ad idē. Est insuper alia uirtus in plerisque partibus eius elementalis potius q̄ celestis: ueruntñ talis ut spiritui muniendo conducat. Stipticā dico & aromaticā qualitatē: illa qdem spūm firmat: ista fouet: mirabilē ergo theriaca uim nacta est cōtra ꝓperantē senectutē: atq; uenenuꝫ tribus uidelicet in ea uirtutibus ad idē pariter conspirantibus. Quaꝝ una quidem est celestis p artificiosā acquisita cōmixtionem: alia celestis iterum: sed partibus eius naturaliter insita: alia prorsus elementalis.

Sed

Sed ila quam prius dixi celitus acquisita: multo etiã foret admirabilior: si non solum proportione iouia: solarique & ex rebus eiusmodi conflaretur: sed etiam opportunum ad hoc obseruatione celestium tempus eligeretur. Nam quemadmodum corpus se habet ad locum: atq; tempus: ita motus et actio se habet ad tẽ pus. Sicut ergo certa passim corpora: eorumq; forme certis & locis: & temporibus coalescunt: atqz seruan tur: sic & proprie quedã actiones ex propriis quibus dam temporibus efficatiam nãciscunt: idqz in alcibi ade significat socrates: & ꝓculus explicat. Quod sa- ne pythagoras animaduertens: ipsum bonũ perfecti onemque reꝝ: opportunitatẽ cognominauit. Primũ nanqz principium sic apud pythagorã & platonem omnium est mensura: ut aliis corporibus actionibus que alia loca distribuerit: atque tempora. Vnde sicut res quedam non alibi quam hic: nec alias quam tũc proprie nascuntur feliciter: & coalescunt: atque seruã tur: sic & materialis actio motus: euentus talis: aut talis: non alias efficatiam sortitur: effectumque per- fectum: q̃ quãdo celestiũ harmonia ad idẽ undiqz cõ sonat: que sane harmonia tantã habere potestatem existimatur: ut non solum ágricolarum laboribus at que medicorum artificiis per herbas: aromataque cõ flatis: sed etiam imaginibus: que apud astrologos ex metallis: lapidibusque fiunt: uirtutem sepe mirificã largitur: sed imagines caput iam proprium exigunt. Quantuz uero ad horas pro actionibus et operibus eligendas pertinet: plurimum confirmatur a ptole- meo: ubi ait in cẽtiloquio: qui eligit quod melius est: nihilo differre uideť ab eo: qui habet hoc ex natura: quibus in uerbis: tum celestium: tum arbitrii: electio

nisq; nostre potestatem cõfirmare uidetur. Albertus quoq; magnus inquit in speculo: nõ eni libertas arbitrii ex electione hore laudabilis cohercet: sed potius in magnarum rerũ inceptionibus electionẽ hore contemnere: est arbitrii precipitatio: non libertas.

¶ De uirtute imaginum secundum antiquos: atq; medicinarum celitus acquisita. Cap. xiii.



Tolemeus ait in cẽtiloquio: rerum iferiorũ effigies uultibus celestibus esse subiectas antiquosq; sapiẽtes solitos certas tũc imagines fabricare: qñ planete similes i celo facies: quasi exẽplaria inferiorum ingrediebantur. Quod qdẽ haly cõprobat ibi dicẽs: utilem serpentis imaginem effici posse: qñ luna serpẽtẽ celestem subit: aut feliciter aspicit: similiter scorpionis effigiem efficacem: quãdo scorpii signũ luna igreditur: ac signum hoc tenet angulũ ex quattuor unũ. Quod in egypto suis temporibus factũ ait: seq; iter fuisse ubi ex sigillo scorpionis in lapide bezaar ita facto: iprimebatur tauri figura: dabaturq; in potũ ei: quẽ scorpius ipse pupugerat: ac subito curabatur: qd quidem utiliter effici hahamed physicus affirmat: cõfirmante serapione. Preterea narrat haly notum illic sibi uirũ sapientẽ industria simili fecisse imagines: que mouerentur: qualẽ effectã nescio quomodo legimus ab archita. Quales & trismegistus ait: egyptios ex certis mundi materiis facere cõsueuisse: & in eas opportune animas demonũ iserere solitos: atq; aniam aui sui mercurii: item phebi cuiusdam & isidis osiridisq; sic in statuas descendisse profuturas hoibus: uel etiã nocituras: huic illud simile: prometheũ figmẽto quodam luteo uitã rapuisse: lucẽq; celestẽ. Magi qnetiã

zoroastris

eiice caput hoc

zoroastris sectatores:ad euocandũ ab hecate spiritũ utebantur aurea quadã pila caracteribus isignita celestium:cui & saphyrus erat insertus: & scutica quadam facta tauri corio uertebatur:atque interim excantabant: sed cantiones equidem libenter omitto. Nam & psellus platonicus eas improbat: atque deridet:hebrei quoqz in egypto nutriti struere uitulum aureum didicerunt: ut eorundem astrologi putant ad aucupandum ueneris:luneque fauorem otra scorpionis atqz martis influxũ iudeis infestũ. Porphyri⁹ quoqz in epistola ad anebonẽ:imagines efficaces esse testatur:additqz certis quibusdam uaporibus:q a ꝓpriis suffumigationibus exhalabãt aereos demõas in sinuari statim cõsueuisse. Iamblicus in materiis: que naturaliter superis cõsentanee sint:& opportune rite qz colecte undiqz cõflateqz fuerint uires:effectusqz non solũ celestes:sed etiam demonicos: & diuinos suscipi posse cõfirmat. Idẽ oĩo ꝓculus: atq; sinesius opera quidẽ ad salutem mira:que a medicis in astrologia peritis:per res ex multis cõpositas.i.pulueres: liquores:unguenta:electuaria fieri possunt: ꝓbabiliorẽ in se rõnem:& notiorem q̃ imagines hr̃e uident̃:tum qa pulueres:liquores:unguenta: electuaria opportũe cõfecta celestes ifluxus facilius:citiusqz suscipiunt q̃ materie duriores:ex qbus imagines fieri cõsueuerũt:tum qa uel assumuntur intus affecta iam celitus:& in nos cõuertuntur:uel saltem admota foris inherent magis & deniqz penetrant:tũ etiã qm̃ ex uno quodã duntaxat:aut paucis imagines cõstruunt̃. Illa uero ex q̃ plurimis cõflari pro arbitrio possunt:ut si centũ solis:iouisue dotes ꝑ centũ plantas:& aialia: similiaq; sparse fuerint: cõponere simul hec cẽtũ tibi cõpta possis.

& in unã conficere formã: in qua solẽ ferme iouẽq; to
tũ iam uidearis habere. Scis ꝑfecto naturã inferiorẽ
nõ posse uno quodã capere cũctas sũpioris nature ui
res: ideoq; illas ꝑ plures apud nos naturas eẽ dispsas
Cõmodiusq; ꝑ opera medicoꝝ: atq; similia: q̃ ꝑ ima-
gines colligi posse: ꝓinde imagines ex ligno confecte
uim forte paruam habẽt. Nam lignũ: & forsã durius
ad celestẽ influxum facile capiendũ: & minus tenax si
accepit: retinendũ: & oĩo postq̃ ex matris terre uisce-
ribus est euulsum: pulo post ferme totũ amittit mun
dane uite uigorẽ: & facile in qualitatẽ aliã trãsmutat
Lapilli uero: atq; metalla et si ad accipiẽdũ celeste mu
nus duriora uident: diutius tamẽ retinẽt: qđ confir-
mat iamblich⁹: si accepint. Sua nẽpe duritia uestigia
quoq; dõaq; uite mundãe post euulsionẽ diutissime ɔ
tinẽt: q̃ quondã herẽtia terre possederant: quãobreʒ
mẽtaris qualitatis excessum (ut peripatetice loquar) alioquin: siue ita cõpositum sit: iã esset tot seculis dissolutũ: siue etiã simplex: tanta saltẽ magnitudine: potentia: motione cetera pdidisset: sed profecto tãq̃ moderatissimũ oĩa moderatur: ac diuersa commiscet in unũ. Preterea tum hac ipsa tẽperantia sua: tũ excellẽtia forme diuinitus uitã meruit: nam & res cõpositas tunc demũ uitam adipisci uidemus: quãdo qualitatũ perfecta cõmixtio priorem iam contrarietatem fregisse uidetur: ut in plantis. Perfectiorem deinceps in animalibus uitam: quatenus inest eis cõplexio a cõtrarietate remotior q̃ in plantis: in hoĩbus rursũ eadẽ ratione pfectiorem: & quodãmodo iam celestẽ. Siqdẽ hũana cõplexio ad celestẽ temperantiã iam accessit: presertim in spũ: qui ultra substantie sue subtilitatẽ: qualitatũq; temperãtiã: qbus cũ celo cõsentit: celestẽ quoq; lucẽ est adeptus. Hic insup ubi maxĩe talis est: potissimũ est celestis: uitãq; celestẽ diuinit? pre ceteris est adeptus: & quatenus se talẽ in oĩ uictu: legeq; uite efficit atq; seruat: eatenus singularia celestiũ dona reportat Quando uero dicimus nõ esse in celo ullum elementaris qualitatis excessum: intelligimus: uel nullã esse ibi eiusmodi qualitatem: sed uirtutes potius effectrices qualitatũ temperatas: uel si que sũt illic quodãmodo similes qualitates: et quasi aereã habere temperiẽ. Atq; ubi quedã illic frigida: siccaq; noiamus: platonica hec accipimus ratione.i. ut frigidũ appellet: qd minimi caloris est causa: siccũ uero: qd hũorem nobis exhibet minimũ. Sic astrologus habraã saturnũ inqt corpus nostrũ quodãmõ relinquere frigidũ atq; siccum: quia calorẽ & hũorem affert nostro minorem: eadem ratione carnes bouis: & leporis in se quidem calide

atq; humide: nobis frigide sũt & sicce. Ex hac aũt inductiõe duo hec accipe corollaria: primũ qdem: si corpora magis deinceps tpata: magis uiuũt celũ maxie tpatum q̃ maxie uiuere: imo uero uicissim ex eo q̄ celum exactissime tpatum: absolutissimã in se uitã possider coniectari: ut quatenus reliqua ad tẽperiẽ: uitã q; illius accedunt: eatenus uitã sortiri p̄stantiorẽ. Alterũ uero uitã esse formã in se pfectã: pficientẽque corpus: motiõisque pncipiũ exhibentẽ: pricipiũ inq̃ intimum: motiõis quoque tũ intrinsecus acte: tũ per oẽm partẽ extrisecus expedite. Si igit̃ id ipm uita est: mẽte captũ existimato: q eiusmodi formã non cognouerit inesse celo corpe p̄stãtissimo: circũeunte semp motiõe pfecta: cuncta uiuificãte: magisque illa gradatim: q̃ uel ad ipsius similitudinẽ naturaliter ppinqus accessere runt: uel quotidie huius influxib⁹ aptius se exponũt

¶ Quãtã imagies ui habere putent̃ in spũm: & spũs in eas: & de affectu utentis: & operantis. Cap. xx.



Omptum habemus: si quis rite utat̃ ellebo ro: feratq; potẽter: mutare quodãmõ exq̃sita purgatione: & occulta eius pprietate q̃litatẽ spũs: corporisq; naturã: & ex parte motus ai: & q̃si reiuuenescere: ut ferme uideat̃ esse renatus: unde medeã magosq; tradũt herbis qbusdã reddere iuuẽtutẽ cõsueuisse: q̃ nõ tã reddũt myrobalani: q̃ cõseruãt. Similẽ astrologi ptãtem ppitias habere imagies arbitrant̃: p q̃ gestãtis naturã: & mores quodãmõ mutẽt: in meliusque restituãt: ut q̃si iã alter euaserit: aut saltẽ psperã ualitudinem diutissime seruẽt. Imagines uero noxias aduersus gestantẽ habere uim ellebori p̄ter artẽ: potentiãq; assumpti: uenenosã uidelicet: atque pestiferã. Aduersus aũt aliũ quẽdã: ad

tolle et hoc caput simile precedentibus

cuius calamitatē fabricate:intēteqȝ fuerint:uim enei speculi:cōcauiqȝ sic prsus obiecti:ut collectis:repcussisqȝ in oppositū radiis:cōminus qdem cōburat:eminus aūt caligare cōpellat. Hic orta est historia: ul' opinio:putans astrologorū machinis:magorū qȝ ueneficiis:hoīes:bruta:plantas siderari:atqȝ tabescere posse. Ego aūt imagines in rē distantē uim hr̄e ullam nō satis intelligo:habere uero in gestantē nōnullā suspicor:non tñ talē opinor : qualē pleriqȝ fingunt:& hāc rōne materie potius q̄ figure:atqȝ (ut dixi) longo interuallo medicias imaginibus antepono. Quanq̄ arabes & egyptii tantum statuis imaginibusqȝ attribuunt arte astronomica : & magica fabricatis : ut spūs stellaꝝ in eis includi putent. Spūs aūt stellaꝝ intelligunt:alii quidē mirabiles celestiū uires: alii uero demonas etiā stelle huius illiusue pedissequos. Spūs igr̄ stellarū qualescū que sint inseri statuis & imaginibus arbitrant̄:non aliter ac demones soleāt humana non nunq̄ corpa occupare:perqȝ illa loq:moueri: mouere mirabilia ꝑpetrare:similia quedam per imagines facere stellarum spūs arbitrātur . Putant demonas mūdani ignis habitatores per igneos hūores:ul' ignitos: similiterqȝ per ignitos spūs:& affectus eiusmodi nostris insinuari corpibus. Similiter stellaꝝ spūs per radios opportune susceptos suffumigationesque : & lumina tonosqȝ uehementes competentibus imaginuȝ materiis inseri : mirabiliaqȝ in gestantem:uel propinquantem efficere posse: que quidem nos per demōas fieri posse putamus non tam materia certa cohibitos q̄ cultu gaudentes:sed hec alibi diligentius. Tradūt arabes spūm nostrum quando rite fabricamus imagines:si per imaginationem:& affectum ad opus atten

tissimus fuerit: & ad stellas cõiungi cũ ipso mũdi spũ atq; cum stellarũ radiis: p quos mũdi spũs agit: atq; ita cõiunctũ esse ipsum quoq; i causa: ut a spiritu mũdi per radios: quidã stelle alicuius spũs idest uiuida q̃dam uirtus infundatur imagini: potissimũ hois tũc operantis spiritui consentanea. Adiuuari quoq; suf fumigationibus ad stellas accõmodatis opus eiusmodi: quatenus suffumigatiões tales aerẽ: radios: spũm fabri: imaginis materiã sic prorsus afficiũt. Ego uero odores quidam tanq̃ spũ aerique natura psimiles: & cum accensi sunt: stellarų quoq; radiis consentaneos arbitror: si solares uel iouii sunt afficere aerẽ: ac spũm uehemẽter ad dotes solis: aut iouis tũc dõinantis opportune sub radiis capiẽdas: atq; spũm sic affectũ ita donatũ: posse uehemẽtiore quodã affectu nõ solũ in ꝓpriũ corpus agere: sed ꝓpinquũ: p̃sertim natura cõforme quidẽ: sed debilius: & cõsimili quadã afficere q̃litate. Materiã uero imaginis duriorẽ ab odoribus & operantis imaginatione: uix minimũ quiddã suscipere posse puto. Spũm tamen ipsum ab odore sic affici: ut ex ambobus unũ cõficiat: qđ qdem exeo patet: ꝙ odor nõ agit ulterius in olfactũ: postq̃ satis egit: olfactus. n. et quoduis aliud a se ipso: uł simillimo quopiam nihil patitur: sed de his alibi. Proinde imaginationis intentionẽ non tã in fabricãdis imaginibus: uł medicinis uim habere: q̃ in applicandis: & assumẽdis existimo: ut si qs imaginẽ (ut aiũt) gestans rite factã uel certe medicina similiter utens: opẽ ab ea uehementer affectet: & ꝓculdubio credat: speretq; firmissime hinc certe q̃ plurimis sit adiumento cumulus accessurus. Nã ubi uel uirtus imaginis: si qua est tãgentis carnẽ penetrat: calefacta saltẽ uirtus in electa eius materia

ria

ria naturalis:uel certe medicine uigor itus assumpte uenis:ac medullis illabit: iouiā secū ferens ꝓprietatē spiritus hois in spūm eiusmodi iouium effectu: idest amore transfert. Vis enim amoris est transferre: fides aūt:spesqꝫ non dubia spiritum hominis iam ita per-citum sistit in spiritu iouio pēitus:atqꝫ firmat. Quod si (quemadmodum hippocrates:& galenus docet) egrotantis amor:fidesqꝫ erga medicum inferiorem: exterioremque ad sanitatem plurimum conferūt: immo uero fiduciam hanc auicenna plus inqt efficere: q̄ medicinā:q̄tum ad celestem opē conducere putanduꝫ est affectum:fidemque nobis erga celestem influxum iam nobis insitum:agentem intus:uiscera penetran-tem. Iam uero amor ipse:fidesqꝫ erga celeste donū: se pe celestis adminiculi causa est:atqꝫ uicissim amor:& fides hinc aliquādo forsan proficiscitur:quod ad hoc ipsum iam nobis faueat clementia celi.

¶ De uirtute uerboꝝ atqꝫ cātus ad bn̄ficiū celeste captādū: ac de septē gradibus ꝑducētibus ad celestia. Cap.xxi.



Erba preterea quedam acriore quodaꝫ affectu pronuntiata:uim circa imagies magnā habere cēsent ad effectum eaꝝ illuc proprie dirigēdū:quorsū affectus intendunt:& uerba. Itaqꝫ ad duos ardentissimo quodā amore conciliandos imaginē sub luna coeūte cū uenere in piscibus:ul tauro fabricabāt:multis interim circa stellas: uerbaqꝫ curiosius obꝓuatis:q̄ referr̄ nō est cōsiliū. Nō.n.philtra docemus:sed medicīas:ꝓbabilius āt est effectus eiusmodi uel ꝑ uenereos demōas cōfici:his operibus: uerbisqꝫ gaudētes:uel ꝑ demōas simpliciter seductores Nam & apollonium theaneum sepe lamias deprehen

Ruit hoc etiam caput

disse: & pdidisse ferunt: demonas. s. quosdā salaces: uenereosqȝ: q formosas puellas simulent: pelliciātqȝ formosos: quos ut serpēs elephantem ore: sicilli illos ore uulua pariter exsugāt: ac prorsus exhauriāt. Sed hec apollonius ipse uiderit: in uerbis āt certis uim esse certam: atqȝ magnā origenes asserit cōtra celsum: & sinesius: atqȝ alchindus de magia disputātes. Itē zoroaster uetans barbara uerba mutari: iamblichus quoqȝ similiter: item pythagorici uerbis & cātibus: atqȝ sonis mirabilia quedā phebi: & orphei more facere cōsueti. Quod hebreorꝝ antiq doctores p̄ ceteris obseruarūt oēsqꝫ poete mirāda canūt carminibꝰ effici & grauissimus ille cato ī re rustica in curādis bestiarū morbis: aliqñ barbaris cantiōibus utit. Sed p̄stat dimittere cantiōes: cōcentū uero illū: quo adolescēs dauid saulē ab insania redimebat: nisi mysteriū iusserit ad diuinitatē referri: referet forte aliqs ad naturā. Cū uero pro septē planetarꝝ numero: septē quoqꝫ sint gradus: p quos a supioribus ad īferiora fit attractus: uoces mediū gradū obtinent: & apollini dedicant. Infimū qdem tenent gradū materie duriores: lapides: atqȝ metalla: ac lunam referre uident. Secundū in ascēsu locum habēt: que ex herbis: arborum fructibus: gummis: mēbris aīalium cōponunt: respondētqꝫ mercurio: si ordinē in celo seqmur chaldeorū. Tertiū pulueres subtilissimi: eorūzqꝫ uapores ex predictis electi odoresqȝ simpliciter herbarꝝ: & florū: & unguentorꝝ ad uenerē ptinentes. Quartū uerba: cātus: soni: que omnia rite dedicantur apollini musice pre ceteris auctori. Quītū uehementes imaginatiōis cōceptus: forme: motus: affectus: uim martiā referentes. Sextum rationis humane discursiones deliberationesque con

fulte ptinentes ad iouem. Septimũ secretiores simpli
ciores qꝫ intelligentie quasi iam a motu seiuncte: con
iuncte diuinis: destinate saturno: quẽ merito sabath
hebrei nomie qetis appellãt. Quorsũ hec: ut itelligas
quemadmodũ ex certa herbarũ: uaporũqꝫ cõpositio
ne ɔfecta p artẽ: tũ medicã: tũ astronomicam resultat
cõmunis quedã forma uelut harmonia quedam syde
rũ dotata muneribus: sic ex tonis primo qdem ad stel
laꝝ normã electis: deinde ad earũdẽ cõgruitatẽ inter
se cõpositis cõmunem quasi formã fieri: atqꝫ in ea ce
lestẽ aliquã suboriri uirtutem. Difficillimũ qdem est
iudicatu: quales potissimum toni: qualibus cõueni-
ant stellis: quales item tonoꝝ cõpositiones: qualibus
precipue syderibus: aspectibusqꝫ cõsentiant. Sed par
tim diligentia nostra: partim diuina quadã sorte nõ
aliter id assequi possumus: q̃ andromachus in theria
ca cõponenda diutissime fatigatus: ac tandẽ post dili
gentiam: diuina sorte ɔsecutus theriace uirtutẽ. Q̃d
quidem cõtigisse diuinitus galenus & auicenna con
firmant immo uero totam medicinã exordiũ a uatici
niis habuisse testis est iamblichus: atqꝫ apollõius the
aneus: ideoqꝫ phebũ uatẽ medicine preponũt. Tres
uero potissimum regulas ad hoc afferremus: si prius
admonuerimus: ne putes nos i presentia de stellis ado
randis loqui: sed potius imitandis: & imitatione ca-
ptandis. Neqꝫ rursum de donis agere credas: que stel
le sint electione dature: sed ifluxu potius naturali ad
quẽ pfecto multiplicẽ: & occultũ ita nos exqsitis stu-
demus modis accõmodare: sicut quotidie ad manife
stũ solis lumẽ: calorẽqꝫ salubriter excipiẽdũ nosipsos
accõmodamus. Aptare uero seipsũ ad occultas dotes
eius: atqꝫ mirifica: solius sapiẽtis est officiũ: sed iã ad
regulas cantũ syderibus accõmodaturas pueniamus

Prima est exqrere: q̃s in se uires: quos ue ex se effectus stella q̃libet: & sydus: et aspectus habeãt: q̃ auferãt: q̃ ferãt: atq; uerbo℞ nro℞ significatõib⁹ hec iserere: detestari q̃ auferunt: ꝓbare q̃ ferunt. Secũda cõsiderare q̃ stella: cui loco maxie: uel homini dñetur: deide obseruare q̃libus cõmuniter he regiones: & ꝑsone tõis utantur: & cantibus: ut ipse similes quosdã una cuz significationibus mõ dictis adhibeas uerbis: q̃ syderibus eisdẽ studes expõere. Tertia situs aspectuiq; stellarum quotidiãos aiaduertere: atq; sub his explorare ad q̃les potissimũ sermones: cãtus: motus: saltus: mores: actus incitari hoines pleriq; soleant: ut talia q̃dã tu ꝑ uiribus imiteris: in cantibus celo cuidã simili placituris: similẽq; suscepturis isluxũ. Memento uero cãtum eẽ imitatorẽ oium potẽtissimũ hic eni intẽtiones affectionesq; ai imitat̃: & uerba refert quoqz: gestus: motusqz corporis: & actus hoium: atqz mores. Tã q; ueheméter oia imitat̃: & agit: ut ad eadẽ imitanda uel agenda: tũ cantantem: tũ audiẽtes subito ꝓuocet Eadem quoqz uirtute qñ celestia imitat̃: hinc quidẽ spiritum nostrum ad celestẽ isluxũ: inde uero influxũ ad spiritum mirifice prouocat. Iam uero materia ipsa cõcentus purior est admodũ: celoqz similior q̃ materia medicine. Est eni aer: & hic q̃dem calés: siue tepẽs: spirãs adhuc: & quodãmodo uiuẽs suis q̃busdã articulis: artubusq; compositus: sicut aial: nec solũ motũ ferẽs: affectũq; preferens: uerũ ẽt significatũ afferens q̃si mentẽ: ut aial quodã aereũ: & rõnale quodãmodo dici possit. Concentus igitur spiritu sensuq; plẽus si forte tum secundum eius significata tum secũdum eius articulos: atq; formam ex articulis resultantem: tum etiã secundũ imaginatõis affectũ huic syderi respõdeat: aut illi: nõ minorẽ inde uirtutem q̃ quelibet

alia

alia cōpositio traicit in cantantē: atqȝ ex hoc in ꝓximū auditorem: quousqȝ cantus uigorē seruat: spiritūqȝ canētis. Presertim sit cātor ipse sit natura phebeus: uehemētemqȝ habeat uitalem cordis spiritum atqȝ insup aīalem. Sicut enim uirtus: ac spiritus naturalis: ubi potētissimus est: mollit statim: liq̄facitqȝ alimēta durissima: atqȝ ex austeris mox dulcia reddit generat quoqȝ extra se seminalis spūs productione ꝓpaginē: sic uitalis: aīalisqȝ uirtus ubi efficacissima fuerit: ibi intentissima quadā sui spūs ꝑ cātum tū cōceptione: agitatiōeqȝ in corpus ꝓprium potēter agit tum effusione mouet subīde ꝓpinquum: afficitqȝ tū suum: tum alienū syderea quadam ꝓprietate: quātū ex ipsa sui forma: tum ex electa tēporis opportunitate cōcipit. Hac utiqȝ rōne orientales: meridionalesqȝ multi precipue indi admirandā feruntur in uerbis habere potentiā: utpote q̄ magna ex pte solares sunt: uiqȝ non naturalē dico: sed uitalē & aīalem habent ferme omniū potentissimā: & quicūqȝ in regionibus alíis maxime sunt phebei. Cātus aūt hac uirtute: opportunitate intētione cōceptus ferme nihil aliud est q̄ spiritus alter nuꝑ penes spūm tuū in te cōceptus: factusqȝ solaris: & agēs tum in te: tū in ꝓximū potestate solari. Si enim uapor & spūs quidam aliq̄n per radios oculoꝝ: uel aliter foras emissus fascinare: īficere: aliťqȝ afficeř ꝓximū pōt multo magis id ualet spūs ab īaginatione: cordeqȝ simul uberior ꝓfluens: & feruentior: motuqȝ ualētior: ut nō omnino mirum sit: morbos quosdam animi: atque corporis sic auferri posse aliquando: uel inferri. Presertim quoniam spiritus eiusmodi musicus proprie tangit: agitque in spiritum inter corpus: animamque medium: & utrūqȝ affectione sua prorsus afficientem. Mirabilem uero ī concita

to canenteq; spũ uim esse cõcede: si pythagoricis: pla tõicisq; cõcesseris: celum esse spiritum motibus: tonis q; suis omnia disponentẽ. Memẽto uero totã pcedere musicã ab apolline: atq; eatenus iouem esse musicum quatẽus est cum apollĩe concors: uenerẽ insup: & mer curiũ musicam uicinitate apollinis reportare. Itẽ ad hos quattuor dũtaxat attinere concẽtus: tres uero re liquos uoces quidez habere nõ cantus. Iã uero uoces tardas: graues: raucas: querulas saturno tribuimus: marti uero cõtrarias: ueloces: acutasq;: & asperas: & minaces: medias uero lũe. Concentus ãt ioui quidez graues: & intẽtos: dulcesqz: & cum cõstãtia letos: cõ tra ueneri cum lasciuia: & mollicie uoluptuosos can tus ascribimus: inter hos uero medios soli tribuimus & mercurio: si una cũ gratia: suauitateqz sunt uene rabiles: et simplices: & intensi apollinei iudicantur: si una cũ iocũditate remissiores quodãmodo sunt: stre nui tñ: atqz multiplices mercuriales existunt. Tu igi tur hoꝶ quattuor unũ quẽqz cãtib⁹ tibi suis cõcilia bis: presertim si competẽtes cãtibus sonos adhibeas adeo: ut cũ eorũ more opportune canẽdo: & sonãdo clamaueris: responsuri ptinus uideãtur: uel instar ec cho: uel sicut corda quedã in cithara tremẽs: quotiẽs uibrat altera tẽpata similiter: atqz ut uult plotius et iãblichus: ita naturaliter id ibi cõtiget e celo: queãd modũ uł ex cithara reboat⁹: siue tremor: uł ex oppo sito piete fit eccho. Profecto quotiẽs ex freqnti quo dã usu harmõie iouie: uł mercurialis: uł uenerece facte uidelicet his regnantibus: spũs tuus ad hoc ipsum at tentissime canens: harmonieqz conformatus euadit iouius: uel mercurialis: uel uenereus. Interea phebe⁹ euadit: si quidẽ phebi ipsius musice ducis uirtus i om ni cõsonantia uiget: atq; uicissim ex cãtu: sonoq; phe

beo

beo: ipse phebeus euadēs: uirtutem iouis interim tibi uēdicas: & ueneris: atq; mercurii: rursusq; ex spū sic ītus affecto similr̄ afficis animā: atq; corpus. Memento uero orationē apte: & opportūe compositā: & affectu: sensuq; plenā: atq; uehementē similē cantibus ui habere. Quantā in orādo potētiā damis: & philostratus hr̄e sacerdotes quosdam indos narrēt: referre nō expedit: nec ēt quibus uerbis apolloniū euocasse manes achillis affirment. Nō enim loquimur nunc d' numinibus adorādis: sed de naturali quadā potestate sermonis: & cātus: atq; uerborū. Esse uero phebeā: medicāq; in sono: & eo qdem certo potentiā ex eo patet: φ q in apulia tacti phalāgio sunt: stupēt oēs: semianimesq; iacēt: donec certū quisq; suūq; sonum audiat. Tūc eni saltat ad sonū apte: sudatq; ide: atq; cōualescit: ac si post ānos. x. similē audiuerit sonū: subito cōcitat̄ ad saltū: sonū uero illū ex indiciis esse phebeū iouialēq; coniicio

¶ Quomodo septē modis nos celestibus accōmodare possumus: & qbus saturnꝰ sit maleficus: qbꝰ ꝓpitius: quos iuppiter a saturno defendat: quomodo celum agat in spiritum: & corpus: & animam. Cap. xxii.



Voniam uero celū ē harmōica rōne cōpositū: mouetq; harmōice: & harmonicis motibꝰ: atq; sonis efficit oīa: merito p harmoniam solā non solū hoies: sed inferiora hec oīa ꝓuiribus capienda celestia ꝑparant̄. Harmoniā uero capacem supioꝝ p septē reꝝ gradus in supioribus distribuimus: p iagines: uidelicet (ut putāt) harmōice constitutas: p medicias sua q̄dā consonātia tēpatas: p uapores: odoresq; simili ↄcinitate cōfectos: p cantus musicos: atq; sonos: ad quoꝝ ordinē: uicq; referri gestus corporis: saltusq;: &

Marit Eos capit-

tripudia uolumus. Per iaginatõis cõceptus motusq̃
cõcinos: p cõgruas rõis discursiones: p tranqllas mẽ
tis contẽplationes. Sicut. n. corpus p harmoniã quo
tidie suam. i. p sitũ: & habitũ: & figurã opportũe lũi
ni: caloriq; solis expõimus sic et spũm occultis stellaꝝ
uiribus cõparandis: p suam quãdã similẽ harmoniã:
imaginibus (ut opiant̃) & certe medicinis: odoribus
harmõice compositis cõparatam. Et dẽiq; p spũm su
p is ita patũ: ut sepe iã diximus: aĩam eiusdẽ exponi-
mus: atq; corpus: aĩam in quam quatenus affectu ad
spũm iclinat̃: & corpus. In aĩa uero nũc iagiationem:
rõnẽ: mẽtẽ põimus: põt utiq; iagiatio nostra: uł ppter
q̃litatẽ: motũqȝ spũs: uł p electionẽ nostrã: uel ẽt utrĩ
q; ita disponi: cõponi: conformari: marti soli ue: ut sit
e uestigio pprium ifluxus phebei: uel martii suscepta
culũ. Similiter rõ ue per imaginationẽ: spũmq; simul:
uel p deliberationẽ: uel utrinqȝ: sic ad iouẽ imitatiõe
quadã cõparare se põt: ut multo magis ob dignitatẽ
ppinqtatẽq; suã ipsa iouem capiat: & munera iouis q̃
iaginatio: siue spũs: quẽadmodũ iagiatio: spũsqȝ ea
dẽ rõne multo magis celestia capiũt: q̃ res: & materie
queuis iferiores. Mens deniqȝ contẽplatrix q̃tenus se
ipsam nõ solũ ab his: q̃ sẽtimus: ueꝝ ẽt ab eis: q̃ imagi
namur cõiter: moribusq; argumẽtamur: hũanis seuo
cat: & affectu: intentiõe: uita ad sepata se reuocat: sa
turno quodã mõ se expõit: huic soli ppitius est satur
nus. Sicut eni sol anialibus qdẽ nocturnis inimicus ẽ
diurnis aũt est amicus ita saturnus hoĩbus: uel uulga
rem palam uitã agentibus: uel fugientibus qdem uul
gi consuetudinẽ: uulgares tñ affectus non dimittẽti-
bus est aduersus. Vitã nãq; cõmunem concessit ioui:
separatam uero sibi uendicauit atq; diuinã: mentibꝰ
aũt hoium re uera hinc p uiribus segregatis: tanq̃ si-
bi cognatis

bi cognatis quodãmodo est amicus. Nã spiritibus sublimem habitãtibus aerẽ ipse saturnus (ut platonice loquar) est pro ioue: sicut iuppiter hoibus cõmunem agentibus uitã: est iuuans pr̃: nullis uero saturnus est infensior: q̃ hoibus cõtemplatiuã uitã simulantibus qdem: nec agentibus. Hos eni nec saturnus agnoscit ut suos: nec iuppiter ipse saturni tempies adiuuat eos qui cõmunes hoium leges: moresq3: & cõmertia fugiunt. Hec eni sibi iuppiter usurpauit (ut aiunt) ligato saturno: segregata saturnus. Quamobrẽ lunares illi populi: quos socrates in phedone describit: eminẽtissimã terre superficiem: & altiorem nubibus habitãtes: uiuentes sobrii admodũ frugibusq3 contenti: & secretioris sapientie studio: religioniq; dediti: saturni felicitattm gustant: uitamq; agunt ita ꝓsperam: tam longeuam: ut nõ tam mortales hoies q̃ imortales demones habeantur. Quos heroas multi nominant aureumq3 genus saturnio quodã seculo: regnoq3 gaudens: quod forsan astrologos arabes uoluisse puto. Vbi aiunt ultra lineam equinoctialẽ ad meridiem esse subtilissimos habitatores quosdam demonas: qui nec oriri uideantur: neq3 mori: ibiq3 potestatẽ habere saturnum: caudamq3 draconis. Quod sane confirmare uidetur albumasar in libro sadar dicens: quasdã indie regiones saturno subiectas esse: ibiq3 hoies esse ualde longeuos: ac senio plurimum extremo decedere: rationẽq; assignat: quoniam saturnus non ledit domesticos: sed externos. Tu uero potestatẽ saturni ne negligas: hunc eni ferunt arabes oium potentissimũ: planetas sane uires eoꝝ subire: ad quos accedũt: omnes uero ad eũ accedere potius q̃ uicissim: planetasq; cõiunctos illi: natura illius agere: est eni ipse iter planetas orbis amplissimi caput. Quilibet sane planeta

sui orbis caput est: & cor: & oculus. Saturnus itē stel-
lis proximus est inumeris: prioq; mobili q̄ simillimus
longū agit circuitū: est altissimus planetaꝝ: unde feli
cem eū uocant: cui ille feliciter aspirauerit. Et q̄uis eū
tanq̄ a cōmuni uita hoium alienū: plerūq; maxime ue
nerantur placari tamē etiā cōmuni uite putant: si quā
do plurimā in ascendente potestatē: dignitatēq; habu
erit: aut iuppiter eū suus feliciter aspexerit: uel i suis fi
nibus excellenter acceperit. Alioqn influxus illius im
portune susceptus in meteria preserti crassa: fit q̄si ue-
nenū: sicut & ouū putrefactione: uel adustione fit ue-
nenosum: unde nascuntur: uel euadunt imundi qdā
ignaui: tristes: inuidi: demonibus immundis expositi
quoꝝ cōmerciū procul effugito. Nā saturni uenenum
alibi qdem sopitū latet: ceu sulphur a flāma remotū:
in uiuentibus uero corporibus sepe flagrat: atq;: ut
sulphur accensum: nō cōburit solū: sed uapore etiā no
xio oia circū iplet: atq; inficit ꝓpinquantes. Cōtra in
fluxum eius hoibus cōmuniter peregrinū: & quodā-
modo dissonū nos armat iuppit: tū naturali qualita
te sua: tum alimentis: medicinisq; certe suis: atq; (ut
putāt) etiam imaginibus: tū etiā moribus: negotiisq;
& studiis: atq; rebus ad ipsum proprie pertinentibus.
Noxium uero influxū saturni effugiūt: subeuntq; ꝓ-
pitium: nō solū qui ad iouem confugiunt: sed etiam q
ad diuinam cōtemplationem ab ipso saturno signifi-
catam tota mente se cōferunt. Hoc enim pacto mali
gnitatem fati deuitari posse chaldei: & egyptii: atq;
platonici putant. Cū enim celestia nolint esse corpora
uana: sed diuinitus animata: atq; insuper mentibus
recta diuinis: nimirū illinc ad homies nō solum q̄plu
rima ad corpus: & spiritū ptinētia: sed multa etiā bo-
na quodāmodo in aniam redūdantia proficisci uolūt
non

non a corporibus in aniam: sed ab animis. Magis aũt hec pluraqz eiusmodi a mentibus superioribus celo ꝓfluere: inter hec si rationes oẽs assignare uolueris: quibus adductus moses otiũ sabbati mandauit hebreis forsan ultra subliniorem: secretiorẽqz allegoriam inuenies saturni diem: actionibus ciuilibus: bellicisqz ineptum: cõtemplationibus aptum: eoqz die diuinũ contra discrimina patrociniũ obsecrandũ. Quod quidem impetrari posse aduersum martis: & saturni minas habraam: & samuel: & plures hebreorum astrologi: eleuatione mentis in deũ: uotisq;: & sacrificiis cõfitentur: preceptum illud chaldeũ cõfirmantes: scilicet: si mentem ad pietatis opus ardentem erexeris: corpus quoqz caducũ seruabis. Cõsideratu dignũ est illud iamblichi: celestia: mundanaq; numia uires quasdam in se superiores: nonnullas iferiores habere. Per has quidem effectibus nos fatalibus deuincire: per illas aũt uicissim soluere nos a fato: quasi claues (ut inquit orpheus) ad aperiendũ habeant: & claudendũ: multo igitur magis diuinitas mundo superior a fatali necessitate nos redimit. Exploratu quoqz dignissimum est hebraicum illud in mactandis aniahbus: rebusqz nostris sacrificio dissipãdis: mala celitus iminẽtia a nobis ad nostra dflecti: sed hec pico nostro exploranda relinquimus. Deniqz ubicũqz dicimus celestium ad nos dona descendere: intellige: tũ corporũ celestiũ dotes in corpora nostra uenire ꝑ spiritũ nostrũ rite paratũ: tũ eadem prius etiam per radios suos ifluere in spũm naturaliter: uel quõcunqz illis ex positum tum etiam aniarum celestiũ bona parti in eũdem spiritũ per radios prosilire: atqz hic i nostros anios redũdare: parti ab animis eoꝝ: uel ab angelis in anios hominũ illis expositos ꝑuenire: expositos inq̃ nõ tam na

turali quodam pacto: q̃ electione arbitrii liberi uel affectu. Sũmatim uero quicunq; uoto: studio: uita: moribus beneficẽtiam: actionem: ordinẽ celestiũ imitantur: eos existimato tanq̃ supernis similiores: ampliores illinc dotes accipere: homines autem artificiose celestium dispositioni dissimiles atq; discordes: & clam esse miseros: & deniq; palam infelices euadere.

¶ Ut ꝓspere uiuas: agasq;: in primis cognosce ingeniũ: sydus: geniũ tuũ: & locũ eidẽ cõuenientẽ: hic habita: professionem sequere naturalem. Cap. xxiii.

Quicunq; sane mentis: suiq; cõpos nascitur ẽ a celo ad hõestũ aliquod opus: & uite gen⁹ naturaliter istitutus. Quisqs igitur celũ optat habere propitiũ: hoc opus: hoc genus in primis aggrediatur: hoc sedulo ꝓsequatur. Celũ enĩ suis fauet inceptis: ad hoc ipsum uero pre ceteris es natura factus: qđ primũ a teneris ãnis agis loqueris: fingis: optas: sõnias: imitaris: qđ tentas frequẽtius: qđ facilius peragis: quo sũmopere proficis: quo pre ceteris delectaris: qđ relinquis iuitus. Hoc est sane ad qđ te celũ: rectorq; celi genuit: eatenus igitur tuis fauebit inceptis: & aspirabit uite: quatenus genitoris ipsius auspicia ꝓsequeris. Preserti si uerꝫ sit platonicũ illud: in quo tota cõsentit antiqtas: unicuiq; nascenti esse demonẽ quendã uite custodẽ ipso suo sydere destinatum: qui & ad hoc ipsum officium adiuuet: cui nascentẽ celestia deputarunt. Quicũq; igitur ꝑ argumẽta: que modo diximus suũ ingeniũ ꝑscrutatus: ita naturale suũ op⁹ iuẽiet: iuenerit simul suũ syd⁹: & dmonem: quorꝫ exordia sequens: aget prospere: uiuetq; feliciter: alioquin & fortunam experietur aduersã: et celum sentiet inimicum. Duo igitur sunt pre ceteris hominũ infortunatorum genera: alterꝫ eorꝫ: qui nihil ꝓ-

fessi: nihil agunt: alterũ eorũ: qui professionem ingenio alienã subeunt: genioq; ɔtrariam. Illi quidẽ ignauia torpent: interim ad actiones incitante celo semp agẽte: hi dum aliena a patronis celestibus agunt: frustra laborant supernis destituti patronis: primũ qdem antiquo prouerbio confirmatur: dei adiuuãt facientes: ignauis aũt infensi sunt: secũdũ prouerbio simili: nihil agas inuita minerua. Ob hanc arbitror rationẽ iouẽ in pythagoricis carminibus obsecrari: ut uel ipse tot malis leuet genus hũanum: uel saltẽ quo duce demone utamur: ostẽdat. Proinde opeprecium fuerit indagare: ad quã potissimũ regionem habitandã: & excolendam te tuum sydus. demonq; tuus ab initio designauerit: ibi enĩ magis aspirant. Ea uero est: in quã primũ profectus: spiritus tuus quodãmodo recreatur ubi sensus uegetior permanet: ubi corporis habitudo ualidior: ubi magis pleriq; fauent: ubi uota succedunt. Hec igitur experire: hanc regionem elige: hãc cole feliciter: hinc uidelicet discessurus infelix: nisi & rediturus: & ad similia pergas. Sed interea frequentibus in hac regione motibus te exerce: gyrosque quosdam celestium instar agito: motu enim circuituq; eiusmodi genitus similibus conseruabere. Quãtum preterea ad habitationen pertinet: utiliter recordabere: sicut alimẽta uite necessaria: rus qdem urbi suppeditat: urbs uero cõsumit: sic & ipsam uitã rusticatione frequẽti: ubi tediũ te minime cepit plurimũ augeri: sed urbano cũ otio tũ negotio ɔteri. Quantũ uero ad habitationẽ simul: & professionẽ aspectat: illud orientaliũ astrologorũ minime cõtemnendũ: uidelicet: mutatione nois: professionis: habitus: uictus: loci. celestem influxũ nobis tum in melius: tum in deterius pmutari. Demões quoq; uel cõmutari: uel ad eos

dem aliter hic: & alibi nos habere: platõici iudicabũt demonẽ uo uniuscuiusqз custodẽ astrologi cũ platõicis geminũ esse posse cõsentiũt: alterũ qdem geniture proprium: alterũ uero professionis. Et quotiens ꝓfessio cũ natura cõsentit: eundẽ utriusqз demonẽ: uel certe simillimũ nobis adesse: uitãqз inde nostrã magis secum fore cõcordem: atqз tranqllam. Sin aũt ꝓfessio dissidet ab ingenio: demonẽ acqsitũ arte esse a genio naturali discordẽ uitãqз laboriosã atqз sollicitã. Qualis aũt unicuiqз demon ab ipsa generatiõe presit cupientibus inuenire: porphyrius regulã inuestigat ex planeta dño gẽiture. Iulius firmicus planetã genitur̃ dominum esse inquit: uel eum qui plures illic habeat dignitates: uel ex firmiori sentẽtia potius eum: cuius domiciliũ mox petitura sit luna post signũ: quod homĩe nascente iam tenet. Sed demonẽ non eadẽ regula putat inuestigandum: uerũ ex chaldeorum opinione a sole potius: aut luna. A sole quidem ad lunam in natiuitate diurna: a luna uicissim ad solẽ ĩ natiuitate nocturna: ut cõputato inter hec ĩteruallo eq̃le spatiũ peragas ab ascendentis gradu descendẽs: & in quẽ terminũ desinis aĩaduertas: cuius enim stelle est ille terminus: eiusdẽ esse demonẽ arbitrant̃. Summatim uero a dño geniture simul atqз demone tenorẽ uite: fortunãqз perpẽdere solent: fortunã adiunxi: qm̃ nõnulli partẽ fortune: eadẽ ferme cõputant rõne. Optabãt ueteres suũ ad se demonẽ ab aliquo celi cardinẽ descẽdisse: ab oriẽte uidelicet: uel occidẽte: uel medio: utriqз celo: aut saltem ab undecima: uel quĩta plaga. Vndecima quidem medio supra caput nostrum celo succedit: ac bonus demon cognominatur: & ascendentem ab oriente gradũ aspicit ex sextili: quinta uero celo antipodũ medio succedit: appellat̃ qз bona fortũa:

& ascendentem gradū contuetur ex trino. Optabāt tertio loco demonē: si modo a cadenti plaga uenerit saltem: uel a nona uenisse: uel a tertia. Nona eni apellatur deus tertia uero dea: & illa ascendentem gradū ex trino: hec aspicit ex sextili. Cadentes uero duodecimam: atq3 sextam exhorrebant: illā sane malū demonem: hanc malam fortunam cognominātes. Nos aūt optare preterita supuacuum arbitrati: monem9 easdem plagas: quas illi ꝑ demonibus: fortunisq3 optabant: obseruari ꝑ planetis: & stellis ad efficiendum accōmodandis: ut uel sint in angulis: aut in duabus quas diximus: succedentibus: aut saltem in duabus dūtaxat cadentibus: quas antea nominauimus. Neq3 enim ab re solem nona gaudere dicūt: lunā tertia: iouem undecima: uenerem uero quinta: he nāq3 gradū conspiciunt ascendentem. Sed redeamus ad institutū: siue igit̃ ab illa: quā ĩ supioribus narrabā: experientia: diligētiaq3: siue ab hac arte: quā mō recēsui: primū inuestigemus nature: demōisq3 istinctū: ĩfortunatū esse cēsebimus: q officiū nullū ꝓfitetur honestū Nam et ducē ꝓfessionis re uera non habet: q opus honestum nō aggredit̃: & ducē naturalē uix ullū habet quoniam stellaꝝ: demonūq3: siue angeloꝝ ducū diuinitus ad custodiā dispositoꝝ officiū est ager̃ semp: & excellenter: atque latissime: infortunatū insup eū: ut (supra diximus) q ꝓfessione nature cōtraria: diuersū a genio subit demonē. Memēto uero ꝓ dignitate professionū digniores gradatim accipi demones: seu mauis angelos: atq3 ĩ gubernatiōe publica ēt digniores Posse uero artē: uiteq3 tenorē accipi genio & ingenio nō cōtrariū: neq3 lōge diuersū ēt: si ad excellētiora ꝓcesseris. Memēto rursus familiaritatē eoꝝ inire: qbus gratie celestes assiſtant: qđ ex bonis animi: corpis for-

tune ppẽdes. Sicut.n. odor ex musco sic ex bono bo
ni nõ nihil exhalat ĩ proximũ: ac sepe pseuerat ĩfusũ.
Mirificus aũt foret cetus triũ feliciũ: uel duorꝝ iter se
mirabiliter redũdãtiũ. Memẽto deniq; effrenatos: &
ĩpudẽtes: & malignos: ac ĩfelices ꝓcul fugere: hi nãq;
malorꝝ pleni demonũ: uel radiorꝝ malefici sũt: & tãq
leprosi: pestilentesq; nõ solũ tactu nocent: sed ꝓpinq
tate ẽt & aspectu. Sane ꝓpinqtas ipsa corporꝝ aiato
rũ putat̃ esse ɔtactus pp efficacẽ uaporꝝ exhalationẽ
foras a calore spũ: affectu manantẽ. Maxie uero pesti
lens erit flagitiosorꝝ familiaritas atq; crudeliũ: si uerꝝ
fuerit post uegetalẽ uitã mense iouis.i. scd'o nobis in
fusam: d'inceps mẽse martis.i. tertio sensualẽ aiam in
fundi pturbatiõibus mãcipatã: sic.n.q pturbatione
ferunt: martis plẽi martiali cõtagiõe ꝓpiquos ĩficiũt
Cõtraria uero rõne cõsuetudo frequẽs: cõtiguũq; cõ
mertium cũ felicib⁹: excellẽtibusq; (ut dixim⁹) ꝓdes
se mirifice cõsueuit. Apolloniũ theaneũ ferũt ephesi
dep̄hẽdisse senẽ: sub cuius figura lateret demõ: q sola
p̄sentia totã ciuitatẽ peste cõtamiabat. Quantũ uero
Socrates multis p̄sentia sola ꝓfuerit: xenophon et pla
to testant̃. ¶ Qua rõne lr̃ati cognoscãt ingeniũ suũ
sequant̃q; uictũ spiritui consentaneũ. Cap. xxiiii.

Quoniã uero litterarꝝ studiosis loquor recor
dari unũ quenq; uolo litterarꝝ amor̃ captũ
in primis se esse mercurialẽ: preterea solãrem
quatenus ipse mercurius est solaris: atq; hec
cõmunis his oibus est conditio. Proprie uero preter
naturã mercurialẽ qsquis eloqi gratia lepore dignita
te uenustate pollet: apollinẽ in se agnoscat: & uenerẽ.
Qui ad leges: uel naturalẽ: cõmunẽq; philosophiã est
ꝓpensior: nõ ignoret iouẽ se habe r̃ patronũ. Sed qui
ad secretissima q̃q; curiosus pscrutanda penitus insti
gatur:

nec hoc ualet

gat:sciat se non mercurialē esse:sed saturniū: sub cuius ēt pncipatu sūt oēs in quouis studio usqȝ ad finē seduli:p̄sertim i rebus aliis negligētes. Deniqȝ si uerū est qđ nōnulli tā physici.q̄ astronomi tradūt:aīam intellectu preditā in conceptū humanum mense solis.i. quarto descendere:qui plurimū intellectu uiuunt:& ab initio sūt p̄cipue:& quotidie solares euadūt. Horū itaqȝ planetaꝝ fauor his hōibus auspicandus erit sub eoꝝ spiraculo medicine cōflande:in eoꝝ regionibus habitandū :ueꝝ ad apollinē musaꝝ ducē i pmis uos o lr̄ati musaꝝ cultores aduoco. Quicūqȝ igit̄ iter uos dilectissimi in musaꝝ amore fratres:īgenio multo magis:lōgiusqȝ q̄ corpe ualent.ii pfecto sciāt in gēitura quōdā sua phebē qdem materiā suppeditasse p paucā:phebeū uero spūm infudisse q̄ plurimum. Immo & quotidie humores:alimentaque in corpore:in spūm maxima quadā ex pte resoluere. Vnusquisque igit̄ uestrū totus est ferme spūs:spiritalis inq̄ homo qdā terreno hoc corpusculo psonatus. Spūm ante alios ppetuo quodā labore fatigans : ut ipsi p̄ceteris sit assidue spūs recreandus:& in senectute p̄terea: i qua cōiter euadit crassior. ad subtilitatē propriā reuocandus. Scitis pfecto crassū corpus crassis elemētis quatuor ali :scitote igit̄ spiritale corpus suis quibusdā tenuibus elementis quattuor enutriri. Huic.n.uinū est p terra:odor ipse uini uicē gerit aque:cantus rursum et sonus agit aerem:lumen aūt p̄fert igneū elementū. His ergo quattuor p̄cipue spūs alitur:uino inq̄ eiusqȝ odore:& cantu similiter:atqȝ lumine. Sed nescio quo modo ab apolline primū exorsi incidimus mox i bacchū:et merito qdem a lumine puenimus in calorē: ab ambrosia in nectar:a ueritatis intuitu i ardentē ueritatis amorē. Fratres certe sunt: indiuiduiqȝ comites

phebus atq; bacchus: ille qdem duo potissimũ uobis affert: lumẽ uidelicet: atqz lyrã: hic itẽ pcipue duo: uinum odorẽqz uini ad spũm recreãdũ: quoꝝ usu quotidião spũs ipse tandẽ phebeus euadit & liber. Quã obrem ita uos excipiendũ solis lũen quotidie comparate: ut quatenus deuitata destilatione quadã: & exsiccatione fieri potest: frequentissime sub luce uiuatis saltem in conspectu lucis: tum eminus: tum cõminus tum tecti: tũ aperti ad usum ubiqz uestrum uitalẽ solis potentiam tpantes: atque igne referentes in nocte solem: cithare: cantusq; interim nõ obliti. Spirate uero semper: & uigilantes: & dormientes aerem uiuum aerem luce uiuentem: similiter habere uos oportet ad merum bacchi donum apollinis beneficio procreatũ. Eadẽ igit̃ pportiõe: qua lumẽ: accipite uinũ abũde qdẽ: quatẽus nec destillatio: nec exsiccatio: q̃lẽ dixi ebrietas ue otingat. Atq; p̃ter substantiã uini quotidie bis acceptam: odorẽ eius frequẽtius haurire ptim qdẽ os: ubi spiritus fuerit recreandus: colluẽtes mero ptim lauãtes eodẽ manus: ptim naribus: & tẽporib⁹ ad mouẽtes. Satis iã fratres collocuti sum⁹ satisq; cõbibimus. ergo ualete.

¶ Astonomica diligẽtia i libris pcreãdis inepparãdis epulis i edificiis & habitatiõe: atq; uestib⁹: & q̃tũ curar̃ talia liceat. C.xxv.



Ed iuuat ẽt pũper alloq seueꝝ r̃ligiõis ãtistitẽ. Dic age qd nã in nr̃oꝝ usu dãnas ãntistes quicqd inqes arbitrio nostro detrahit: qcquid unius d'i cultui derrogat: eadẽ ego tecũ non dãno solum: sed ẽt ualde detestor. Execraris qnetiã scio: atq; ego insup perhorresco nõnullos: q cũ deum exoratũ uolunt: ad iouẽ in medio celo uastũ illud dracõis caput subeuntẽ tã mihi q̃ stulti cõfugiũt: ab ipso uidelicet dracone: q quondã e celo corruit:

tertiam

nec ipse legas

tertiā stellarū ptem secū trahēs: dēiqꝫ deuorādi. Verꝫ cōcedes ne: cōtractibus: matrimoniis: colloquiis: itineribus: similibusqꝫ operibus pagēdis: horas opportunas eligere? non facile te his assensurꝫ uideo: nescio qd arbitrio metuentē. Ego igitur & si theologus ille magnus albert⁹ ista dabit: & ratio quedā forte dictabit: p electionē ipsā ad arbitriū ptinentem: celestia ita prudentie nostre usui subiici queadmodū herbe medico subministrāt: tibi tn̄ potius in presentia credā: & q̄tu difficile nūc ea pmittis: tā facile ipse dimittā. Obseruationes uero lune: ideoqꝫ aliarum stellarum ad morbos curādos: & idcirco ad remedia preparāda iā diu ut arbitror pmisisti. Cōcessum quoqꝫ abs te: & isup approbatū: crescente luna: eadēqꝫ aucta lumine: nec aliunde infortunata: seminibus agros spargere: uites oleasqꝫ serer̄. Cur nō igitur ad plātandū (ut cynice loquar) hoīem utamur bn̄ficio lune: iouisqꝫ: & phebi? Nā ueneris qdē ad hec officio semp utimur: sed recti⁹ mō dixissem: sp utuntur: nā ipsa mihi uēus est diana Quid itē de uictu dicem⁹? nō ne licebit: & pderit sub felici sydere: tū autūno uinū: tū i dies panē: epulasqꝫ cōficere? Ac si nequeamus in his preparandis aspect⁹ syderꝫ expectare: expediet saltē ascendentes accipere: uel aliter angulares: solem: iouē: uenerē: atqꝫ lunam. Sic eni oīa: quibus utimur: feliciter affecta celitus: feliciter nos afficient. Hactenus te uideo absqꝫ cōtrouersia concessurꝫ: nisi forte dicas ita: uitā nostram nihil fore aliud q̄ perpetuā seruitutē. Ad hec ego subiiciā: frustra mortales cumulandis pecuniis: & honoribus seruituros: qbus sunt perpetuo mancipati: nisi interi diligentia physica dies uite sibi plures accumulēt. Aut igitur soli deo seruiant: quod quidē est potissimū: aut si cui p̄terea seruituri sunt: uite tū ualide: tū lōge poti

us q̃ pecuniis: honoribusq; uãis indulgeãt: cõcordes ergo sumus. Sed nũquid uel domos fundabũt teme re: uel ifaustas habitabũt: ubi cõtagiosa quedam ca lamitas edificii ferme sic inficit habitanté: ut ueneno sus pestilẽtie uapor etiã ad biẽniũ in pariete seruatus. qualis etiã ex epidimia latẽs in ueste: diu postea uten tem ĩficit icautum: atq; pdit. At postq̃ hic in uestium incidimus mẽtionẽ: phibebis ne pie pater in ueste cõ ficiẽda: uel primũ iduẽda spiraculũ ueneris diligẽter aucupari? quo quasi uenerea facta uestis: similiter ps pera quadã corpus: & spũm afficiat q̃litate? Nõne me dici uetãt vulpium pelles? agninas pbãt? nõ aliter for te sydus i dies q̃si nascẽtes uestes afficit: q̃ semel ab ini tio natas. Vestes quidẽ: & cetera artis opa certã a sy dere q̃litatẽ accipere thomas aqnas in libro de fato ɔ firmat: tu igit affirmabis. Infectas uero uestes utentẽ inficere: ẽt testis est scabies: atq; lepra: deniq; si popu li uite cõsulis (ut opinor) ista permittes: atq; ego per missione tua cõsulã obseruanda. Sin ãt eiusmodi mori bũde uite curã nõ iprobas qdẽ: sed negligendã mões ego qdẽ negligo: melioris uite fiducia fret⁹: ceterisq; similiter ɔsulo faciẽdũ. Vale.

¶ Quõ p inferiora supioribus exposita deducantur superiora: et per mundanas materias mundana potis simum dona. Cap. xxvi.



Ed ne longius digrediamur ab eo: quod in terpretantes plotinum instituimus ab ini tio: breuiter ita collige. Mundus ab ipo bo no (ut plato una cũ timeo pythagorico do cet) q̃ optimus effici poterat: est effectus: est igitur nõ solum corporeus: sed uite insuper: & intelligẽtie parti ceps. Quamobrem preter corpus hoc mundi sensi bus familiariter manifestum: latet in eo spiritus cor

pus

pus quodam exercens caduci sensus capacitatē:in spi
ritu uiget anima:in aīa fulget intelligētia. Atq; sicut
sub luna nec miscetur aer cum terra:nisi per aquam:
nec ignis cum aqua:nisi per aere;:sic in uniuerso esca
quedā siue fomes ad aīam corpori copulandam est il
le ipse:quem spūm appellamus. Anima quoq; fomes
quidam est in spiritu:corporeq; mundi ad intelligen
tiam diuinitus consequendā:quēadmodū sūma que
dā in ligno siccitas ad penetratuꝝ oleū est pata:oleū
huic imbibitū pabulū est ad ignē:ad calorē dico pro
xime. Calor ipse lumis est uehiculū: ac si lignum hoc
eiusmodi sit:ut igne p̄sente fulgeat:non urat:qualia
qn̄q; uidimus:iā hoc exēplo uidebimus:utrū uel ho
mo:uel aliud quidā sub luna:certis q̄busdā prepara
mētis:partim q̄dem naturalibus:partim arte q̄sitis:
uitalia atq; ēt forte itellectualia quedā bona oppor
tune quodāmō desup accipe possit. Veꝝ qđ hic ad re
ligionē spectat:discutiemus alibi:ubi plotinus in me
diū hec adducet. Quod uero ad naturales spectat in
fluxus:q̄lescunq; sint desup ueniētes : scito eos in no
bis:materiisq; n̄ris ita demū per artē cōparari posse:
qn̄ fomenta nobis:nostrisq; ad illos natura subgesse
rit:celūq; ad eosdē opportunius cōspirauerit. Nonne
in ipso fetu natura fetus ipsius artifex:cu; certo quo
dam pacto corpusculū affecerit:figraueritq;: hoc ip
so statim p̄paramento:uelut esca quadā spūm ab uni
uerso deducit:perq; hūc uelut fomitē uitā haurit:at
q; aīam? Ac deniq; p certā anīe speciē: dispositiōem
q; corpus ita uiuens dignū est p̄sentia mētis tandē do
nate diuinitus:ubiq; igit̄ natura magna est : ut inq̄t
plotinus:atq; synesius:uidelicet certa quedā pabulis
ubiq; certis inescās non:aliter q̄ cētro terre grauia tra
hens lune cōcauo leuia:calore folia:hūore radices:ce

teraq; similiter. Quo qdem attractu secũ ipso deuinciri mundũ testant̃ sapientes indi: dicẽtes mundũ esse aĩmal passim masculum simul atq; feminã: mutuoq; mẽbrorũ suorũ amore ubiq; coire secũ: atq; ita cõstare: uinculum uero membrorum inesse p insitã sibi mentẽ: que totã ĩfusa p artus agitat molẽ: & magno se corpore miscet. Hinc orpheus naturã ipsam mũdi: iouẽq; mũdanũ marẽ appellat & feminam: usq; adeo mutui ptiũ suarũ cõiugii ubiq; mũdus est auidus. Esse uero masculinũ sexũ feminio ubiq; cõmixtũ declarat illic qdem odor signorũ: ubi precedẽs ppetuo deinceps ordine masculinum est subsequens femininũ: hinc uero arbores: atq; herbe: que ẽt sicut aĩalia utrũq; sexũ habẽt. Mitto q͏̃ ignis ad aerẽ: aqua ad terrã masculi uicẽ tenet ad feminã: ut non mirum sit mẽbra inter se mũdana: & oẽs eius articuli mutuũ coniugium concupiscere. Quod & planete cõciliant: ptim quidẽ mares: partim uero femine: precipue uero mercurius masculus: atq; femina hermaphroditi pater: quod sane animaduertẽs agricultura p̃parat agrũ: seminaq; ad celestia dona: & insitionibus quibusdã: uitã plante ppagat: & ad speciẽ alterã: melioreq; pducit. Similia q̃dam efficit medicus: & physicus: & chirurgicus ĩ corpore nostro: tũ ad nostrã fouendã: tũ ad uniuersi naturam uberius cõparãdam. Idẽ quoq; philosophus naturaliũ rerũ astrorũ pitus: quem pprie magũ appellare solemus: certis qbusdã illecebris: celestia terrẽis opportũne quidẽ: nec aliter inserẽs q̃ insitiõis studiosus agricola ueteri recentẽ stipiti surculũ. Quod & ptolemeus ualde pbat: affirmans eiusmodi sapientẽ sic astrorum opus adiuuare posse queadmodũ agricola terre uirtutem. Subiicit magus terrẽa celestibus immo inferiora passim superioribus: ut pprias ubiq;

feminas

